



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de Sacramentis in genere, de Baptismo, de Confirmatione, de
Eucharistia, de Pœnitentia, de Extrema-Vnctione, de Ordine & de
Matrimonio

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniae Agrippinae, 1671

Disp. XI. De sacrificio Missæ,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77185](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77185)

alius Sacerdos adfit. Id verò laico nullatenus est concedendum: nam cui con licet aliis ministrare hoc sacramentum, nec sibi ministrare licet.

20 Dices, Antiquus mos fuit in Ecclesia, ut fideles Eucharistiam à Sacerdote acceptam, propriis manibus fumerent, viri nudis manibus, foeminae nitido linteolo obvolutis, ut testatur Baronius anno Christi 57. num. 42. & colligitur ex Basilio in Epistola ad Caesariam Patritiam, & ex Cyrillo Hierosolymitano Catechesi mystagogicâ 5. ubi sic ait: *Non expansis manuum volis cecede. sed sinistram veluti sedem quandam supponens dextra qua tantum Regem suscipiunt est concava manus corpus Christi suscipe.* Hinc sermone de lapsis refert Cyprianus, aliquem cum manibus immundis Eucharistiam sibi à Sacerdote datam receperit, nihil in ipsis nisi cinerem invenisse: Ergo etiam nunc potest laicus, saltem in casu necessitatis, sibi ipsi Eucharistiam ministrare. Unde præterito sæculo, Maria Stuart, Regina Scotiae, martyrium subitura, & impia Elizabethæ iussu mortem passura, Eucharistiam propriis manibus sumpsit, ut refert P. Nicolaus Causinus in historia martyrii ejusdem Reginae.

21 Respondeo, concessio Antecedente, negando Consequentiam: tum quia tunc nulla de tali communionis usu extabat prohibitio, uti extat nunc: tum etiam, quia caeremonia illa quæ antiquitus fervebatur, ut communicaturi acceptam Eucharistiam è manibus Sacerdotis ipsi sibi ori applicarent, non erat propriè Eucharistiae administratio, sed applicatio potius ad os ipsius communicaturi: sicut quando communicans lingua vel digito applicat sumptum sacramentum, ut illud commodè deglutiat: ministrare enim propriè est ipsum sacramentum tribuere, ac donare, quod solum exercebat Sacerdos, tribuendo Eucharistiam communicaturo, ut ipse sibi ad proprium os illam applicaret. Ad exemplum verò Reginae Scotiae, respondeo cum illa dispensatum fuisse à Pio V. ut Causinus libro citato asserit.

DISPUTATIO XI.

De sacrificio Missæ.

Ad quaestionem 83, Divi Thomæ.

Sicut in veteri testamento Agnus paschalis non solum habuit rationem sacramenti, sed etiam sacrificii; ita & in nova lege Eucharistia utramque sortitur rationem, cum non solum instituta sit in salutem animarum nostrarum, ut cætera sacramenta, sed etiam in peculiarem cultum Dei, quomodo habet rationem sacrificii, quo supremum ipsius dominium, & potestatem quam habet in vitam & in mortem omnium protestamur. De Eucharistia in ratione sacramenti considerata, hucusque disputavimus; nunc superest nobis agendum de Missæ Sacrificio, circa quod variz & celebres occurrunt difficultates & controversiæ, breviter hic discutiendæ. Plura verò quæ de sacrificio in communi, variisque ejus speciebus, aliqui Theologi hic fusè expendunt, prætermittimus, quia de his sufficienter egimus in Tractatu de quatuor Virtutibus Cardinalibus, explicando actus externos religionis, inter quos sacrificium præcipuum locum obtinet.

Disp. 3.
Art. 3.

ARTICULUS PRIMUS.

An Missa, seu celebratio Eucharistiae sit vere ac propriè sacrificium?

§. I.

Hujus nominis, Missa, ætymologia, & antiquitas explicatur.

Nomine Missæ actio illa sacra intelligitur, qua in Ecclesia Catholica cõstituitur Eucharistia, multis præcedentibus & subsequentibus precibus, & caeremoniis, quam actionem Græci *Leuegiam* vocant. Difficultas verò & controversia inter Auctores, an vox illa *Missa* Hebraica sit, vel Latina? Hebraicam esse docet Concilium Synodus in decretis fidei cap. 11. tenent; plures Scipione cum Cardinali Baronio tomo 1. anno Christi 1599. ubi hæc scribit: *Neque tamen prætermittendum, quod cum multa sint hujus sacrificii nomina, illud est antiquissimum, & apud Latinos usitatum, atque frequentius, Missa, quod quoniam (sicut & Christiana fides proficitur) ex Hebraica, vel Chaldaica nomenclatura acceptum esse videtur. Quod enim in nostra lingua legitur Deuter. 16. spontanea oblatio, Hebraice & Chaldaice dicitur *Hissab*, quam offerunt Domino in gratiarum actionem de fructibus terra, quæ & vescebantur in templo, cum recordamur precor servitutis, & ab eadem liberatione. Quod quidem omnia, cum optime conveniant prædictis à Christo instituto sacrificio; eo potius nomen nostris usi sunt nomine, quam christiani alium sacrificii.*

Alii vero censent, vocem illam, nullo modo Hebraicam esse, aut ab Hebraica derivatam; alioquin omnes Christianæ nationes, sicut aliastrum retinuerunt, quales sunt Armeni, Aethiopes, &c. Nam & Greci his omnibus utuntur vocem *Missa* non item, sed pro *Missa*, Latini dicunt. Imò Syri & Maronitæ, qui Chaldaicâ lingua Missam celebrant, vocem *Missa* non habent, & ex SS. Patribus Origenes, Iulianus, Epiphanius & Hieronymus, Hebraice lingua periti, hac voce nunquam utuntur. Hanc vocem volunt esse Latinam, à verbo *missus* ductam, & nonnulli cum Hugone à S. Victore lib. 2. de sacramentis p. 8. cap. ultimo exultant celebrationem Eucharistiae *Missam* dici, ex eo quod in illa oblatio & preces ad Deum mittantur, sicque illorum verborum quæ in fine *Missa* dicuntur, *Ita Missæ est*, sensum esse, abire licet, quia oblatio & hostia salutis jam transmissa est cum precibus ad Deum pro vobis. Ita D. Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 58. ubi hæc scribit: *Deum Missa quasi transmissio, eoque populus factus per ministerium Sacerdotis qui sanguis vite mittitur inter Deum & homines, precibus & supplicationibus & vota transmittat. Atque Missam vocat sacrificium, id est hostiam, Missa vocatur, quia transmissa: primum nobis à Patre, ut esset nobiscum per incarnationem; postea Patri à nobis, ut intercedat pro nobis ad ipsum per passionem; ut & in sacramentum primum nobis à Patre per sanctificationem, postea Patri à nobis per oblationem. Similia docet Sanctus Thomas hic art. 4. ad 9. his verbis: Propter hoc etiam Missa nominatur, quia per angelum Sacerdos preces ad Deum mittit, sicut populus per Sacerdotem. Vel quia Christus est*

*Hæreticorum error refellitur, & veritas
Catholica defenditur & stabilitur.*

notis missa à Deo, unde & in fine Missæ Diaconus in festis diebus populum licentia dicens, Ite missa est, scilicet hostia ad Deum per Angelum, misceat si Deo accepta. Non pauci verò cum Alcuino lib. de officiis Ecclesiasticis, cap. de celebratione Missæ; Missam dici volunt à millione seu dimissione populi, ut idem sit Missa, quod missio; sicut idem sunt collecta & collectio, sicque illorum verborum, Ite Missa est, sensum esse, jam dimissio est congregationis, abire omnibus licet, quia jam dimissi estis.

Quidquid sit de huius nominis etymologia, & significatio, certum est illud esse antiquissimum, ut ostendit Baronius ubi supra numero 60. dicens: Ea voce ut videtur suo ipsius exordio Romana Ecclesia: Nam Pius Papa, proximus Apostolorum temporibus, scribens ad Iulianum Episcopum Viennensem, idem sacrificium Missam vocans, sic dicit ut habetur tomo 1. Bibliothecæ veterum Patrum: *Soror nostra Euprepia, sicut bene recordaris, titulum domus sue pauperibus assignavit, ubi tunc cum pauperibus nostris commorantes, Missas agimus.* Item Cornelius Papa Epistola ad Lupicium Viennensem Episcopum, his utitur verbis: *Pulcè, neque cryptis notioribus, Missas agere Christianis licet.* Eodem usi sunt nomine ceteri Romani Pontifices quos longum esset sigillatim recensere. In Concilio Romano, sub Sylvestro in fine: in Concilio Carthaginensi 2. canone 3. Concilio Agathensi li. cap. 47. & aliis, Patres qui interfuerunt, eodem quoque Missa pronomine, ipsum incertum sacrificium nominant, sicut & Ambrosius ad Marcum Epistolâ 33. Augustinus sermone 251. de tempore, Victor Utiensis libro 2. de persecutione Wandalorum, ac denique ceteri, & post ipsos Recentiores omnes. Hæc ibi Baronius.

Declaratâ igitur huius nominis etymologiâ & antiquitate, celebris est Catholicorum cum hæreticis concertatio, an actio illa sacra quâ in Ecclesia Catholica conficitur Eucharistia, & quæ Missa appellari solet, sit verè & propriè sacrificium: Hoc enim negant huius temporis hæretici, cum Luthero & Calvino, dicentes in nova lege solum debere dari sacrificium spirituale & improprium, quia *Vers adoratores in spiritu adorant Patrem*, ut dicitur Joannis 4. & Christum Dominum dedisse quidem nobis mensâ in qua epulemur, sed non altare super quod victimas offeramus; nec Sacerdotes consecrassent qui immolent, sed Ministros qui sacrum epulum distribuant, idèque ipsi suos Parochos Ministros vocant, non Sacerdotes. Itaque in celebratione Eucharistiæ non agnoscunt nisi quoddam improprium sacrificium, id est sacrificium laudis, aut nudam quandam memoriam crucis, non verò proprium sacrificium quod propitiatorium sit; quia (inquiunt) sacrificium crucis, cum fuerit infiniti valoris, de se sufficientissimum fuit ad placandum Deum, eique pro omnibus peccatis satisfaciendum, Catholici è contra censent Missam, sive celebrationem Eucharistiæ, esse verè & propriè sacrificium, & Christum in ea ut victimam Patri per manus Sacerdotum immolari & offerri, & simul in escam, & cibum spirituales animæ, fidelibus distribui, & locum in quo celebratur, non solum mensâ, sed etiam altaris rationem habere, juxta illud Apostoli ad Hebræos 13. *Habemus altare, de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt.*

Tom. P.

Dico igitur, Missa, sive celebratio Eucharistiæ, est verè & propriè sacrificium.

Probatum primo: Lex gratiæ, seu Ecclesia Christi, habet verum & sibi proprium sacrificium: Sed verum & proprium legi gratiæ sacrificium, nullum aliud esse potest, præter Missam: Ergo Missa est verè & propriè sacrificium. Item licet fuerit sensibile, est tamen modò insensibile, quia solâ fide apprehenditur, cum tamen de ratione sacrificij veri sit quod sit signum sensibile. Major verò, quam negant hæretici, probatur primò ex Scriptura: nam apertissimè Malachiâ 1. prænnuntiatur futurum sacrificium in lege Evangelicâ, cum dicitur: *Ab ortu Solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.* Ubi licet tacer Vates dicat in præsentia sacrificatur & offertur, tamen pro tempore futuro loquitur, hic enim est frequens mos Prophetarum, ut propter certitudinem prædictiois, futura quæ si præsentia vel præterita nuntient, juxta illud Ps. 21. *Diviserunt sibi vestimenta mea, id est dividunt.*

Nomine autem sacrificij, non possunt intelligi sacrificia Judæorum, quia illa non fuerunt in Gentibus, nec in omni loco ab ortu Solis usque ad occasum, sed solum in Judæa. Nec etiam intelligi possunt sacrificia Gentilium fidelium (aliqui enim Gentilium tunc habuerunt veram fidem Dei) ut interpretatur Arias Montanus super caput 1. Malachiæ. Tum quia Gentiles isti fideles qui nunc erant, paucissimi inveniebantur: Propheta autem loquitur de Sacrificio futuro in Gentibus, & in omni loco, ab ortu Solis usque ad occasum. Tum etiam, quia non erat tunc in Gentibus aliqua oblatio munda, quod superaret in puritate & sanctitate sacrificia Judæica, cum apud Judæos esset tunc expressior Dei fides, notitia, & cultus, quam apud alias Gentes. Adde quod ibi significatur futuram unam oblationem tantum, cum tamen apud Gentiles variis modis sacrificia ista essent diversa.

Nec demum valet responsio Calvinî dicentis Prophetam loqui de sacrificio invisibili & spirituali, quod consistit in fide crucis Christi, oratione, gratiarum actione, & aliis bonis operibus. Nam Contra est primò, quod sacrificium spirituale & improprie dictum, non solet appellari sacrificium absolute, sed cum addito, nempe sacrificium laudis, sacrificium justitiæ, vociferationis, laborum &c. Secundo, Propheta ibi loquitur de oblatione munda: omnia autem bona opera, sunt in doctrina Sectariorum immunda. Tertiò, Propheta loquitur de oblatione nova, & succedente sacrificiis legis Mosaicæ: Sed bona opera, & fides Christi non succedunt sacrificiis Judæicis, sed omnibus justis communia sunt, tam Judæis quam Gentilibus; & in quocunque loco fuit fides veri Dei, fuit etiam hoc genus sacrificiorum, id est opera bona, & fides passionis Christi: Ergo &c. Denum SS. Patres Irenæus lib. 4. cap. 52. Chrysostomus in Psal. 95. Augustinus contra Adversarium legis & Prophetarum cap. 20. Damascenus libro 4. cap. 14. & Justinus Martyr in dialogo cum Triphone,

Qq. iij

locum illum Malachiae exponunt de sacrificio Missae.

6. Nec obstat quod Augustinus libro 2. contra Iulianum Petilianum cap. 86. & Hieronymus super capitulum Malachiae, verba illa de sacrificio laudis interpretentur, ut opponit Calvinus: nam ista hunc locum de sacrificio laudis interpretantur, ut non excludant proprium sacrificium: revera enim sacrificium Missae cum laude offertur, & vocari potest sacrificium laudis, dummodo non excludatur proprium sacrificium. Augustinum verò illud non exclusisse, constat manifeste ex libro 18. de civitate cap. 35. ubi post verba Malachiae relata inquit: *Hoc sacrificium per sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedech, cum omni loco, à Solis ortu, usque ad occasum iam videamus offerri &c.* Similiter licet Hieronymus eo ipso loco Malachiae, dicat spirituales victimas & tymiana orationum successura victimis carnalibus, addit tamen, *offerri in omni loco oblationem mundam, ut in caeremoniis Christianorum*, quod urique est sacrificium proprium.

7. Probatur secundum Major principalis alio Scripturae testimonio: Danielis enim 11. quidam Rex dicitur ablaturus iuge sacrificium: Rex autem ille secundum litteram est Antiochus, & per allegoriam Anti-Christus, ut fatentur Sectarii; quare sensus doctrinae illius loci est, quod sicut Antiochus abstulit iuge sacrificium Iudeorum, ita Anti-Christus in fine mundi auferet iuge sacrificium Christianorum. Porro iuge sacrificium Christianorum auferendum in fine mundi, esse verum & proprium sacrificium, non verò, ut respondent adversarii, improprium & spirituale, consistens praecise in praedicatione, & sacramentorum administratione, ex eo convincitur, quod sicut Antiochus fuit figura Anti-Christi, ita iuge sacrificium Iudeorum, de quo secundum litteram loquitur Daniel, fuit figura nostri sacrificij: fuisse perfectior in ratione sacrificij, nostro sacrificio, quod est absurdum.

8. Si dicas, ex allegoriis Scripturae non desumi solidum argumentum, Respondeo quasdam allegorias explicari ab ipsa Scriptura, alias non explicari: ex his autem quas Scriptura explicat, non minus solidum argumentum deduci, quam ex sensu literalis: nostram verò allegoriam explicari ab ipsa Scriptura patet, quia quae Daniel scribit de Antiocho, explicantur 2. ad Thessalon. 2. de Anti-Christo. Adde quod ipse Daniel cap. 11. dicit Regem qui auferet iuge sacrificium, contra omnes Deos pugnaturum, neque Deum patrum suorum reputaturum; quae tamen non possunt intelligi de Antiocho, utpote quem constat palam coluisse Deos patrum suorum, ut D. Hieronymus in commentariis ostendit: bene tamen de Anti-Christo, qui extollet se super omne quod dicitur Deus, ut ait Apostolus loco citato.

9. His locis addo alterum ex Psalmo 71. versu 16. desumptum, ubi vulgata nostra lectio sic habet: *Erit firmamentum in terra in summis montium: quae verba alij ex Hebraeo forte sic reddunt: Erit particula frumenti in terra in capite montium.* Sed Rabbi Jonathas, qui ante Christum natum scribebat, paulò aliter explicat: *Placenta* (inquit) *panis fiet sacrificium in capitibus Sacerdotum qui sunt in Ecclesia.* Quibus verbis ahi potuit dici clarius ad sacrificium Missae inuentum significandum: quomodo enim placenta panis fiet sacrificium in capitibus Sacerdotum, nisi cum hostia

A extritico pane confecta, consecrata & benedicta in Ecclesia, & post consecrationem ipsa capita Sacerdotum attolluntur & adoranda populo proponuntur?

Tertiò Major principalis probatur: In Ecclesia Christi datur altare: Ergo & verum & proprium sacrificium, Consequentia patet, quia sacrificia spiritualia, & bona opera, non indigent altari, sed solum sacrificium proprie dicitur. Antecedens verò negatur à Calvino, sed docetur ab Apostolo ad Hebraeos 13. ubi ait: *Nolite altare, Graece θυσιάστηον, id est sacrificium, de quo edere non habent potestatem populi, sed de servitute: Ergo verum & proprium sacrificium in lege nova reperitur.* Unde etiam de Apollolis dicitur *ἀντιτύπον αὐτοῦ τοῦ ἁγίου, ὅς ἐστι, ut Erasmus ipse interpretatur, sacrificio- bus ipsis Domino.*

His Scripturae & Patrum testimoniis fundata ratio, quae eadem Major suadet: Nam Christus Ecclesiam suam instituit, & novam legem condens, non debuit eam delinere eo per cultus, quo maxime Deus colitur, & quodam hominum, generi & nationi notissimum fuit: sed modus colendi Deum per sacrificium est antiqui modi; cum per illud supremam Deitatem & potestatem, summumque quod habet in terra & in mortem dominium proferretur. Nihil etiam fuit lex seu religio vera vel falsa, in sacrificio, ut ex historiae sacrae ac prophetae duobus liquet, praesertim ex Plutarcho contra Colorem, dicente fuisse quidem urbes antiquas nullis mœnibus oclusas, nullis literis velentis aut artibus expolitas, à nullis civibus principibus gubernatas; sed nullam habere fuisse sine aliquo cultu externo & sacrificio, quae veram aut falsam divinitatem coleret: addunt urbes sine fundo potius aut terra repetitum, quam sine aliquo visibili cultu & sacrificio, quod cultum seu venerationem divinitatis sine veritate falsa proferretur. Unde Augustinus 19. contra Faustum ait: *In nullum nomen religionis, seu verum seu falsum, coadunari homines posse: ubi aliquod sacrificium & sacramentum visibilium: sortio colliguntur.* Ergo in novae leges & in Ecclesia reperitur aliquod verum & proprium sacrificium.

Confirmatur: Sacrificium est de pure natura, ut docet S. Thomas 2. 2. quæst. 85. art. 2. Sed quod est de lege naturae, non tollitur, sed confirmatur per legem gratiae: Ergo in lege gratiae datur aliquod verum & proprium sacrificium.

Confirmatur amplius: Nulla est ratio ob quam Christiana Respublica careat potius sacrificio vero & sibi proprio, quo publice Deum colat, quam Synagoga, vel Ecclesia quae fuit tempore legis naturae: Ergo non debet illi denegari. Consequentia patet, Antecedens probatur. Si quæ affectui posset ratio, illa esset quam assignat Sectarij, nimirum, quia Christus per sacrificium crucis plenè satisfecit pro peccatis omnium hominum: Sed hæc ratio non valet. Ergo dicitur. Major probatur: Tum quia Christus in cruce satisfecit pro peccatis hominum, non solum in novae legis existentium, sed etiam pro peccatis eorum qui fuerunt in lege naturae, & in lege scripta; & tamen in utraque illa lege, vera fuerunt sacrificia. Tum etiam, quia licet Christus in cruce peccatis quoad sufficientiam pro nobis satisfecerit, tamen quoad efficaciam requiritur amplius quod sacrificio illa nobis applicetur per instrumenta & media, quibus in nos passio Christi sua merita

inluat, quæ media sunt sacramenta & Missa sacri-

ficiū. Unde egregie Cælius Arclensis homilia 7. de Paschate: *Quia corpus assumptum ablaturus erat ex oculis nostris, & sideribus illaturus, necessarium erat ut nobis in hoc die Sacramentum Corporis & Sanguinis consecraret, ut coheretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in pretium: ut quia quotidiana, & indefessa currebat pro hominum salute redemptionis, perpetua etiam esset redemptionis oblatio, & perennis vestimenta viveret in memoria, & semper presens esset in gratia: verè unica & perfecta hostia, fide asstimanda, non specie, non exteriori cernenda visu, sed interiori aspectu.*

14. Probatum secundò conclusio: Christus instituendo Eucharistiam, verum Deo obtulit sacrificium: Ergo cum in Missa illud idem fiat quod ipse fecit, iuxta illud: *Hoc facite in meam commemorationem*, Missa est verum in nova lege sacrificium. Consequentia patet, Antecedens verò probatur primò ex SS. Patribus asserentibus Christum in cena ultima hoc sacramentum instituentem, verè sacrificasse; & sicut Agnus paschalis prius sacrificabatur, posteaque in cibum dabatur: ita Christum prius seipsum sacrificasse, & postea se in cibum dedisse. Ita docent Gregorius Nyssenus homilia 1. de resurrectione, Hefysichus libro 2. in Leviticum, Cyprianus sermone de cena, & Epistola 63, Leo Papa sermone 7. de Passione, & Rupertus libro 2. in Exodum cap. 6. & alii. Verba Nysseni hæc sunt: *Quia omnia pro Dominica potestate & auctoritate administrat, non expectat Pilati iudicium; sed per ineffabilem & arcanum sacrificii modum, sua dispositione & administratione preoccupat impetum violentum, ac sese in oblationem, & victimam offerri pro nobis, Sacerdos simul & agnus Dei.* Quando hoc accidit? Cum suum corpus ad edendum, & sanguinem suum ad bibendum familiaribus præbuit. Cuilibet perspicuum est, quod oves velis homo non possit, nisi comestione mactatio præferret. Cum igitur dederit Discipulis suis corpus ad comedendum, aperte demonstravit, iam fuisse perfectam & absolutam immolationem. Cyprianus verò Epist. citatâ hæc scribit: *Quis magis Sacerdos Dei summi, quam Dominus noster & Iesus Christus, qui sacrificium Deo Patri obtulit; obtulit hoc ipsum quod Melchisedech obtulerat, id est panem & vinum, hoc est, corpus & sanguinem suum?*

15. Probatum secundò Antecedens: Christus est Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, ut ex Psalmo 109. confirmat Apollolus ad Hebræos 7. & 8. Sed nili instituendo Eucharistiam obtulerit Deo Patri verum sacrificium, non potest verè talis appellari: Ergo instituendo Eucharistiam verum obtulit Deo sacrificium. Minor probatur: Ut Christus dicatur Sacerdos secundum ordinem sive secundum ritum Melchisedech, oportet quod conveniat cum Melchisedech in ritu offerendi verum Sacrificium: Sed non convenit cum eo in tali ritu, nisi instituendo Eucharistiam, obtulerit Deo Patri verum sacrificium: ut enim salvetur hæc convenientia, necesse est quod sicut Melchisedech verè in pane & vino sacrificavit; ita Christus in pane & vino, sive sub speciebus panis & vini, Deo obtulerit verum sacrificium: Ergo &c.

16. Hæretici ut vim hujus probationis declinent, dicunt Melchisedech, non in sacrificium, sed ad reficiendos milites Abraham, qui fatigati ex prælio redibant, panem & vinum obtulisse.

Sed hæc responsio est contra doctrinam Patrum. Clementis Alexandrini libro 4. Stromatum circa hæc. Cypriani libro 2. Epistolâ 3. Eusebii Cæsariensis libro 5. demonstrationum Evangelicarum. Iustini Epistolâ 95. ad Innocentium Papam, & Anonymi Epistolâ ad Marcellam, Ambrosii libro 1. de Sacramentis cap. 1. & aliorum explicantium ritum Genesis 14. de oblatione panis & vini in sacrificium. Eodem modo illum explicant & intelligunt plures veteres ac celebres Rabini, quos refert Genebrardus, Judaicarum rerum peritissimus. Chronologia, in exordio tertie ætatis. Verba hæc sunt: *Rabbi Moses Haddarsam ad Berisith Rabba, contendit Melchisedech tunc Messia ritum incruente sacrificiationis aliquando introducitur, speciem, & personam sustinuisse. Rabbi Moses & Salomon, ordinarius Hebræorum Interpreter, exponens caput 16. Genesis, & historiam Melchisedech, è veterum Rabinorum scriptis docet protulisse Melchisedech panem & vinum, ut Moysæ legis sacrificia farinacea, & libamina representaret. Vult igitur iste Rabinus, tunc Melchisedech sacrificasse. Ceteras quoque res Melchisedechi, plenas fuisse perfectionis & mysterii, Rabbi Levi è Talmudicis asseverat, quod B. Paulus persequitur in Epistola ad Hebræos.*

Præterea, tres loco citato Genesis narrantur actiones Melchisedech, quarum duæ posteriores, sunt planè Sacerdotales, benedicere Abraham, & decimas ab eo accipere: Ergo prima ejus actio, quæ ibidem narratur, proferendi panem & vinum etiam fuit Sacerdotalis, & ad sacrificium pertinet.

Hoc ipsum evidenter patet ex verbis illis proximè adjunctis, *Erat enim Sacerdos Altissimi*: nam illa particula *enim*, cum sit causalis, denotat, cur Melchisedech protulerit panem & vinum, hanc fuisse causam; quod cum ille esset Sacerdos Dei, & res illas soleret Deo sacrificare; voluit ex eisdem rebus sacrificium Eucharisticum pro victoria Abraham offerre Deo.

Nec obstat quod pro illa particula *enim*, quæ est causalis, aliæ translationes habent particulam *Et*, vel autem, hoc modo, *Et ipse erat Sacerdos*, vel *Erat autem Sacerdos*. Nam ut rectè observavit Petrius in Genesis, verba illa exponens: particula copulativa (*van*) Latine (*Et*) sæpè in Hebræa lingua usurpatur pro particula *enim*, vel quia, quod variis exemplis illustrat & confirmat. Nam Genes. 20. ubi vulgata habet. *En mortuus es propter mulierem quam tulisti, habet enim virum*, Hebræice est: *Et ipsa habet virum*. Item Genes. 30. ubi sic legitur: *Experimento didici, quia benedixit mihi Deus propter te*, Hebræum habet: *Expertus sum, & benedixit mihi Dominus*. Item Janfenius exponens verba illa Luca 2. *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui*, observat positum esse *Et*, pro quia, idemque multò antea annotaverat Theophilactus. Cum ergo Latinus Interpres, hujus consuetudinis linguæ Hebræicæ peritus, animadverteret illud *Et* Hebræicum, loco citato Genesis, idem significare ac *enim*, vel quia, & hujusmodi particulis causalibus æquipollere, sic vertit: *At verò Melchisedech Rex Salem proferens panem & vinum, erat enim Sacerdos Dei altissimi &c.*

Demum suaderi potest conclusio: Omnes ad sacrificium propriè sumptum necessariae conditiones exactè concurrunt in Missa: ibi enim reperitur oblatio rei sensibilis, scilicet corporis & san-

sanguinis Christi, sub accidentibus panis & vini A
Deo facta : nam ut ait Angustinus libro 4. de
Trinit. cap. 14. *Quid iam gratè offerre possi-
posset, quam caro sacrificii nostri, & corpus esset
Sacerdotis nostri?* Non deest etiam Magister legi-
timus, scilicet Christus, & Sacerdotes, quibus
dicendo, *hoc facite in meam commemorationem*,
potestatem ad hoc dedit, est enim utilis in Scri-
ptura, ut verbum *facere* pro sacrificio interpretetur,
Lucæ 2. *Ut facerent secundum consuetudinem le-
gis*, hoc est ut sacrificarent. Reperitur quoque in
Missâ sufficiens hostiæ immutatio, non quidem
per mortem veram & realem Christi, sed vel per
consumptionem specierum, quæ ipse a Sacerdote
celebrante, ad quam corpus & sanguis Christi
amittunt esse sacramentale; vel per hoc quod ex
vi verborum consecrationis, sanguis ponatur
seorsim à corpore, licet per concomitantiam simul
cum eo existat. Tandem in ea est recognitio supre-
mi Dei dominii, cum ad hoc fiat illa oblatio & im-
mutatio hostiæ: Ergo Missa est verè & propriè sa-
crificium.

§. III.

Hereticorum objectiones solvuntur.

18. **O**bjiciunt primò heretici: Quod est sacramen-
tum & testamentum, non est sacrificium
propriè sumptum: Sed Eucharistia est sacra-
mentum & testamentum: Ergo non est sacrifici-
um propriè sumptum. Minor est certa, Major
verò probatur. Rationes sacramenti & testamen-
ti pugnant cum ratione sacrificii, quandoquidem
sacramentum offertur Deo, Sacramentum autem
nobis datur à Deo, & testamentum est promissio
hæreditatis à Deo habendæ: ridiculum autem est
dicere quod hæres det aliquid testatori per testa-
mentum ipsum: Ergo &c.

19. Respondeo distinguendo Majorem: Quod est
sacramentum & testamentum, non est sacrificium,
secundum eandem rationem, concedo Majorem:
secundum diversam, nego Majorem. Similiter
concedo Minori, distinguo Consequens: Ergo
Eucharistia non est sacrificium, secundum eandem
rationem quæ est sacramentum, vel testamentum,
concedo: secundum diversam, nego. Quæ admo-
dum enim Agnus Paschalis in lege veteri sacra-
mentum erat & sacrificium: sacramentum, quia
renewerat signum visibile invisibilis gratiæ; sacri-
ficiū, in quantum Deo offerebatur. Ita Eucharis-
tia, quatenus nobis relicta, ut sit signum nostræ
sanctificationis, habet rationem sacramenti; qua-
tenus autem Deo offertur in recognitionem supre-
mi dominii quod habet in vitam & in mortem,
habet rationem sacrificii; in quantum verò est por-
tio legati nobis testamento relicti; & pignus acci-
piendi residuum, nempe gloriæ cœlestis hæredita-
tem; sive quatenus est instrumentum publicum
divinæ voluntatis & promissionis, habet rationem
testamenti, seu signaculi voluntatis Christi testato-
ris: sicut Exodi 24. sanguis victimarum; effusus
super populum, fuit simul sacrificium & testa-
mentum.

Neque est repugnantia, illud idem quod à Deo
accepimus, ipsi offerri à nobis. Tum quia nihil pos-
sumus Deo dare vel offerre, quod ab ipso prius non
accepimus, juxta illud 1. Paralip. 29. *Tua sunt
omnia, & quæ de manus tua accepimus, red-
dimus tibi.* Tum etiam, quia non repugnat aliquid
Deo dari, id est offerri ab hominibus, quatenus
ad ipsius maiestatem protestandam immutatur,

& idem dari hominibus à Deo, quatenus Deo
lud ipsum refert ad hominum utilitatem. Sa-
Christi opera meritoria, Deo donantur, &
offerebantur à Christo; & tamen ipsi ad gloriam
corporis, & nominis sui exaltationem, non
que ad salutem profuerunt, & extensus non
donata sunt. Sic etiam in lege veteri sacrificia
multa cedebant in usum Sacerdotum, & ali-
rum.

Objiciunt secundo: Quod Christus factus
institutione sacramenti Eucharistiæ, & per conse-
crationem, non fuit verè sacrificium: Ergo neque
fit modò in Missâ. Consequenter patet, Antece-
dens verò probatur, quia aliàs sacrificium illud
quod Christus obtulisset, cum fuisset valoris im-
B ti, consummasset nostram redemptionem, ut
ita non fuisset opus cruento sacrificio crucis, ut
illam consummaret.

Respondeo negando Antecedens: nam ut
præ arguebamus, Christus Dominus habet Sacra-
dotium rigorosè & propriè dictum, secundum
ordinem Melchisedech: Ergo id quod obtulit
cundum primum & ritum talis Sacerdotis, est
sacrificium propriè dictum; Sacerdotium enim
correlativè se habet ad sacrificium propriè dictum
juxta illud Apostoli ad Hebræos 5. *Unus Pa-
ter constituitur ut offerat dona & sacrificia pro
peccatis.* Ad probationem in contrarium dico
quod sicut alia Christi opera, quævis immen-
meritoria & satisfactoria, subordinata transac-
tioni, per quam erant consummanda quæ co-
redemptionem; sic & sacrificium in cruce, ut
ipso ante passionem celebratum, fuit juxta de-
pactum & beneplacitum & subordinatum patri,
quæ redemptio nostra consummaretur, juxta illud
quod canit Ecclesia: *Qui salutem hominibus paravit
in ligno crucis consummasti;* ideoque ipsum pas-
ni, & cruento sacrificio crucis, locum non de-
fuisse.

Objiciunt tertio: In nova lege nullum est sa-
crificium propriè dictum, sicut in lege veteri
Ergo Missa non est verè sacrificium. Consequen-
ter patet, Antecedens probatur primo. Christus
Dominus Samaritanæ interroganti, an diceret
Deus colit & adorari in Templo, vel in monte Ge-
rizim? Responder Joan. 4. *Mulier, crede mihi,
quia venit hora quando neque in monte hoc, neque
in Hierosolymis adorabitur Patrem, sed ubi
in spiritu & veritate. Spiritus est Deus, & ego
adorant eum, in spiritu & veritate spiritus adorant
eum, in spiritu & veritate spiritus adorant eum.*
Ubi adorare idem est ac sacrificare, quævis enim
erat inter Judæos & Samaritanos, quo in loco
deberet offerri sacrificium; & ita sumitur adorare
Genes. 22. *Postquam adoraverimus, reverteremur ad
vos, & adoramus 8. Venerat adorare in Jerusalem.*
Ergo Christus pro lege nova solum consummavit
sacrificia spiritualia & invisibilia, non extensiva & vi-
sibilia.

Secundo, Cum Christus sit Sacerdos in æter-
num, ut ait Paulus ad Hebræos 7. & in veteri lege
ideò solum multiplicarentur Sacerdotes, quia
morte prohibebantur permanere; in lege gratiæ
nulli debent esse Sacerdotes Christo succedentes:
Ergo nec sacrificia, Sacerdotum enim & sacrifici-
um sibi mutuo correspondent, ut supra ex eodem
Apostolo ostensum est.

Tertio Sacrificium crucis habet vim immutandi
& semper manentem, unde Apostolus ad He-
bræos 10. *Unâ oblatione (Christus) consummavit
in semper immutandum sacrificium.* Et Christus
Janus

Joan. 19. per illam vocem, *Consummatum est*, A
satis expressit, uno sacrificio crucis se complevisse
omnia quæ ad nostram salutem necessaria erant:
Ergo superfluum est omne aliud sacrificium: imò
aliud constituere, videtur esse negare virtutem &
sufficienciam sacrificii crucis,

23. Respondeo negando Antecedens. Ad cuius pri-
mam probationem dico, Christum in colloquio
illo quod cum Samaritana habuit, solum declara-
re voluisse, quod neque in monte illo, neque in
Hierusalem, imposterum adoraretur aut colere-
tur Deus sacrificiis carnalibus Judæorum, non
tamen negasse futuram aliam adorationem & sa-
crificium, quod omnino spirituale esset, quoad
suam virtutem & modum existendi rei oblatæ, B
nempe sacrificium Eucharistiæ, in quo Christus
invisibilis, & sacramentali modo continetur, licet
sit visibile ex parte specierum quibus continetur,
& ceremoniarum quibus celebratur. Unde qui
hoc sacrificio Deum colit, in spiritu & veritate
adorat.

Ad secundam dicendum quod licet ex eo quod
Christus sit Sacerdos in æternum, non habeat
successores in Sacerdotio, & consequenter non
sint modò Sacerdotes parisi cum eo potestatis,
non tamen inde fit quod nullos habeat Sacerdotes
vicarios, ministros, & dispensatores; quin po-
tius cum jam non fungatur suo Sacerdotio, per
se & immediatè offerendo sacrificia, necesse est
quod habeat plures vicarios, per quos hoc faciat,
& Sacerdotio fungatur, juxta illud 2. ad Corinth.
5. *Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo*
exhortante per nos. Neque repugnat unitari Sacer-
dotii Christi, plures habere in terris ministros, qui
vice ipsius visibile offerant sacrificium: sicut licet
Christus unus sit Doctor & Magister noster, ut
dicitur Matth. 23. hoc tamen non impedit, quin
plures habeant in terris ministros, qui vice ipsius
doceant, & gregem pascant verbo & doctrina.

Ad tertiam probationem dico quod licet sacri-
ficium crucis habeat vim infinitam & semper ma-
nentem ad sanctificandum, ut tamen ejus effectus
nobis efficaciter applicetur, egemus alio sacrificio D
quod ab eo dependeat, vimque suam ex ipso ha-
beat, quale est sacrificium Missæ. Verba autem
illa, *Consummatum est*, quæ Christus antequam
spiritum emitteret, protulit, ab illo dicta sunt,
tum ob consummationem Scripturarum, quæ
omnes in Christi morte fuerunt verificatæ: tum
propter singularem paterno præcepto de morte
lubeunda obedientiam.

24. Instant Sectarii & dicunt effectum sacri-
fici crucis nobis sufficienter applicari, per prædi-
cationem verbi, administrationem Cænæ Do-
mini, & Baptismum.

Sed hæc instantia, si quid valeret concluderet
etiam supervacaneam esse Cænæ Domini, quia E
fructus crucis satis applicatur per Baptismum,
imò Baptismum inutilem esse, cum sola prædi-
catione verbi divini excitari possit fides per quam
applicetur fructus crucis. Licet ergo, si Deus vo-
luisse, potuisset effectus sacrificii crucis, nobis
sufficienter applicare per unicum medium, pla-
cuit tamen ipsi varia media instituire, quibus ple-
niùs, faciliùs, & luaviùs, effectus ille nobis ap-
plicaretur: unum autem ex illis mediis dicimus
esse sacrificium Missæ.

25. Obijcies quartò Hostia quæ in sacrificio offer-
tur, debet occidi: Sed Christus qui in Missa of-
ferretur, non occiditur: Ergo Missa non est verum
& proprium sacrificium.

Tom. V.

Respondeo Majorem esse veram duntaxat in sa-
crificio cruento, qualia erant sacrificia legis anti-
quæ, in quibus animalia immolabantur, & quale
fuit sacrificium crucis: sacrificium autem Missæ,
non est sacrificium cruentum, sed incruentum,
quale fuit sacrificium Melchisedech; quamvis sit
etiam representativum sacrificii cruenti, in ara
crucis semel à Christo oblatus; quatenus in sacri-
ficio Missæ, sanguis Christi ex vi verborum ponitur
separatim à sanguine, fitque in eo mystica effusio
sanguinis, per gladium verborum, ut Cyrillus lo-
quitur. De quo fufius articulo sequenti.

§. IV.

Corollarium præcedentis doctrine.

EX dictis inferes, unicum esse in Ecclesia Eu- 26.
charistiæ sacrificium, nec posse aliud dari:
Sacrificium enim Eucharistiæ, ex parte rei oblatæ,
est infiniti valoris, & representat sacrificium cru-
cis, imò est idem cum illo ex parte hostiæ & prin-
cipalis offerentis, licet non ex parte modi & ra-
tionis offerendi: Sed crucis sacrificium ratione
infiniti valoris fuit unicum, una enim oblatione
consummavit in æternum sanctificatos, ut inquit
Apostolus: Ergo pariter sacrificium Missæ uni-
cum esse debet. Unde Tridentinum sess. 22. in
principio, illud singulare sacrificium appellat, &
Ecclesia oratione secreta post septuaginta Domini-
cam Pentecostes, sic ait: *Deus qui legalium disfe-*
rentiam victimarum, unus sacrificii perfectione
sansisti. Item Leo Papa serm. de passione sic ha-
bet: *Ut uno expletur sacrificio variarum disfe-*
rentia victimarum.

Dices, Sacramenta multiplicantur in Ecclesia, 27.
non obstante quod per illa nobis communicetur
efficacia sanguinis & passionis: Ergo etiam potest
in ea dari multiplex Eucharistiæ sacrificium, quæ
vis illud Christi passionem representet. Unde Ec-
clesia in benedictione Cerei Paschalis, oblationem
incensi sacrificium appellat, dicens: *Suscipe*
sancte Pater incensi hujus sacrificium vespertinum.

Respondeo, concessio Antecedente, negando 28.
consequentiam & paritatem, diversam enim est ra-
tio de sacramentis & de sacrificio; sacramenta
enim primò & per se ordinantur ad sanctifican-
dum nos, & ad dandum nobis effectus gratiæ per
redemptionem & sanguinem Christi; unde cum
non repugnet effectus gratiæ & redemptionis
multiplicari, etiam si ipsa passio & redemptio non
multiplicentur; non repugnat, imò potius con-
venit, sacramenta in lege nova multiplicari; præ-
sertim quia diversæ dispositiones exiguntur ad il-
los diversos effectus: v.g. ad obtinendam primam
gratiam alia requiritur dispositio, quam ad au-
gmentum illius: Sacrificium autem Eucharistiæ
ordinatur ad representandam passionem Christi
utin se est, & non solum in effectu suo, id est in
gratia nobis collata; imò est idem in substantia
cum illo sacrificio, ut supra dicebamus. Unde sicut
passio illa fuit una in se, ita sacrificium Eucha-
ristiæ unum tantum esse debet.

Ad illud verò quod subjicitur de oblatione in-
censi in benedictione Cerei Paschalis, dicendum
est, talem oblationem lato & improprio modo
sacrificium ab Ecclesia appellari. Quod ex eo pa-
ret, quod sacrificium à solo Sacerdote offerri
possit, cum sacrificium & Sacerdotium correlati-
va sint illa verò oblatio incensi in benedictione
Cerei Paschalis, à Diacono fieri solet.

Rr

ARTI-

ARTICULUS II.

In qua actione Missæ essentia sacrificii Eucharistici consistat?

Supposito quod in Missa verum & proprium sacrificium Deo offeratur, ut contra Sectatior articulo precedenti fuisse ostendimus, superest explicandum, in qua actione Missæ, essentia talis sacrificii consistat?

§. I.

Quibusdam præmissis referuntur sententia.

39. Suppono primo, sex potissimum actiones in Missa reperiri, quarum aliqua præcedunt consecrationem, alia sunt consecrativæ ipsarum specierum, alia verò ipsam consecrationem subsequuntur. Prima ex illis actionibus est oblatio panis & vini ante consecrationem, quæ Offertorium vocatur. Secunda est consecratio corporis & sanguinis Christi sub speciebus panis & vini. Tertia est oblatio post consecrationem ejusdem corporis & sanguinis, facta per illa verba: *Vnde & memores nos servus tui, sed & plebs tua sancta Catholica, offerimus præclaram majestati tuæ.* Quarta est fractio hostiæ consecratæ in tres partes, quarum una mittitur in calicem. Quinta est sumptio hujus sacramenti à Sacerdote. Ultima est distributio hujus sacramenti facta populo. Ut autem certiora ab incertioribus separemus.

30. Suppono secundò, certum & indubitatum esse apud Theologos, nec in prima, nec in ultima actione consistere essentialiter Missæ sacrificium. In primis enim quod essentia hujus sacrificii non consistat in oblatione facta ante consecrationem, manifestum est. Primò ex eo quod Christus obtulit sacrificium Missæ perfectum, & tamen non legimus in scriptura, neque ex ulla traditione habemus, quod aliquam huiusmodi oblationem consecrationi præmiserit. Secundò, quia hæc cæremonia non semper fuit ab Ecclesia observata. Tertiò, ex eo quod Ecclesia statim post illam oblationem satis significat, illam esse solum quandam præparationem materiæ ad futurum sacrificium, ut constat ex aliquibus liturgiis, in quibus, post oblationem illam sic habetur: *Veni Sanctificator omnipotens, æterne Deus, & benedic hoc sacrificium, tuo sancto Nomini præparatum.* Denique ex eo res oblata & immolata in sacrificio Missæ, est ipsum corpus Christi Domini, ut definit Tridentinum sess. 22. cap. 2. Per illam autem oblationem quæ fit ante consecrationem, non offertur corpus Christi Domini, utpote nondum positum sub speciebus panis & vini, sed solum ipsa materia consecranda, & convertenda in corpus & sanguinem Christi.

31. Denique quod nec in distributione Eucharistiæ sita sit essentia Sacrificii Missæ, non minus evidens est: Tum quia potest verè & licitè celebrari sacrificium Missæ, absque hoc quod populus communicet, ut docet Tridentinum sess. 22. cap. 6. & can. 8. Tum etiam, quia distributio ista supponit sacrificium jam peractum, siquidem illa distributio est participatio ipsius sacrificii, juxta illud Apostoli 1. ad Corinth. 10. *Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris?* Adde quod sacrificium non potest celebrari nisi à Sacerdote, illa verò distributio aliquando fieri potest à Diacono, ut disp. 10. art. 1. ostensum est: Ergo in illa, essentia sacrificii Eucharistici consistere nequit.

A Difficultas ergo solum superest de illis quatuor actionibus, nimirum de consecratione, de oblatione quæ fit post illam, de fractione hostiæ, & de sumptione utriusque speciei; in qua quæstione ex his quatuor actionibus, essentialior ratio sacrificii Missæ consistat? In cujus difficultate resolutione, tam variè opinantur Auctores, ut toties re inveniuntur placita, quot capita. Scitendum in 4. dist. 13. quæst. 2. & Gabriel ibidem quæst. 1. art. 3. docent essentiam hujus sacrificii in sola oblatione quæ fit post consecrationem consistere. Ledesma in sola sumptione. Alanus, Vazquez, & Conink, in sola consecratione: Bellarminus, Amicus, Ysambertus, & alii, in consecratione & sumptione: Melchior Cano in consecratione, oblatione, fractione, & sumptione. Negotiosum asserit consecrationem non esse de essentia incruenti Missæ sacrificii, sed ad illum sufficere aliquam ex aliis actionibus quæ consecrationem subsequuntur: Addit tamen, ordinem ad consecrationem esse de essentia sacrificii Missæ, & quod sacrificium Missæ sit oblatio Christi exaltis sub speciebus Eucharisticis.

§. II.

Reiciuntur plures ex illis sententiis.

C Dico primo: Oblatio quæ fit post consecrationem, non est tota essentia hujus sacrificii, nec pars essentialis, vel etiam integralis illius.

Probat: brevis: Primò quia per talem oblationem nulla fit immutatio rei oblate, quæ tamen est de ratione sacrificii. Secundo, quia non legimus Christum celebrando, talem oblationem adhibuisse. Tertiò, nec Apostoli cam à principio adhibuerunt, secundum D. Gregorium lib. 7. c. 63. ibi enim scribit eos solum orationem dominicam adhibuisse ad verba consecrationis. Quia ipsa verbalis oblatio post consecrationem fit in persona Ecclesiæ, ut patet ex illis verbis Canonis: *Vnde & memores Domine nos servi tui &c. offerimus præclaram Majestati tuæ &c.* Atque sacrificium debet offerri in persona Christi, qui est principalis Sacerdos: Ergo talis oblatio non est de essentia hujus sacrificii, unde si modo omittatur, aliquo accidenti, non definit esse verum sacrificium.

Dico secundo: Fractio hostiæ consecratæ in tres partes, quæ fit à Sacerdote ante sumptionem non est de essentia hujus sacrificii.

Probat: Tum quia fractio ista solum fit circa species panis: actio autem sacrificativa debet complecti utramque speciem, quia sacrificium Missæ est sacrificium secundum ordinem Melchisedech, qui panem & vinum in sacrificium obtulit. Tum etiam, quia talis fractio solum est quædam præparatio ad sumptionem; frangitur enim hostia, ut possit convenienter sumi. Adde quod, si fractio omittatur, non manebit imperfectum sacrificium, quantum ad essentiam vel integritatem, ut docet S. Thomas hic art. 6. ad 6. & constat si casu hostia ante fractionem caderet in calicem: tunc enim convenienter non posset frangi, & sic deberet relinqui usque ad sumptionem: Ergo fractio hostiæ consecratæ, non est de essentia hujus sacrificii.

Dico tertio: essentia hujus sacrificii non consistit in sumptione, tanquam in parte intrinseca & essentiali.

Probat: primo: De fide est Christum in calice

cœnæverum obtulisse sacrificium, ut colligitur ex Tridentino sess. 21. cap. 1. & ex Patribus articulo precedenti citatis: Sed non est de fide Christum sacramentalis species sumptisse, licet id asserat Divus Thomas supra quæst. 81. art. 1. tanquam probabilius: Ergo sacrificium Missæ non consistit essentialiter in sumptione specierum; non enim potest res certa fundari in principio dubio.

36. Probat secundò sacrificium fit in persona Christi, qui est principalis offerens & Sacerdos: Atqui sumptio non est actio facta in persona Christi, sed in persona ipsius lumentis, & pro suo beneficio: Ergo non est essentia hujus sacrificii.

37. Probat tertio: Sacrificium consistit essentialiter in actione immutativa rei oblata: Atqui sumptio non est hujusmodi, nam per hoc quod suscipitur hoc sacramentum, non desinit Christus esse sub speciebus, sed eodem modo sub illis manet, solumque mutatur localiter, ad motum specierum: Ergo essentia hujus sacrificii non consistit in sumptione.

38. Dices per sumptionem non intelligi solam specierum trajectionem in stomachum, hæc enim sine dubio non habet Christum immutare, sed illarum consumptionem, ratione cujus corpus Christi desinit esse, illis alteratis & corruptis in stomacho.

Sed contra: Actio quæ est essentialis sacrificio, debet fieri in altari, siquidem in altari offertur sacrificium: Sed consumptio illa specierum non fit in altari; quia tunc solum fit, quando vi caloris naturalis alterantur & corrumpuntur species in stomacho: Ergo talis consumptio non est essentia, vel pars essentialis sacrificii Missæ.

39. Ex his confutata manet sententia Magistri Cano, asserentis non solum consecrationem, sed etiam oblationem, fractionem, & sumptionem esse de essentia hujus sacrificii. Constat etiam non posse Missæ sacrificium consistere in quacunque ex tribus illis ultimis actionibus, ut asserit Nugno: præsertim, quia verisimile non est, quod Christus Dominus in designando sacrificio novæ legis, quod excellentissimum est, non determinaverit actionem per quam fieret, cùm tamen in antiquis sacrificiis designandis, minutim explicaverit Scriptura, quomodo, & quibus actionibus essent faciendæ, ut patet ex toto Levitico.

§. III.

Solvuntur objectiones.

40. Obijciens primò contra primam conclusionem: Sacrificium est essentialiter oblatio: Ergo cùm sacrificium Missæ non possit consistere essentialiter in ea oblatione quæ fit ante consecrationem, debet saltem consistere essentialiter in ea quæ fit post consecrationem.

Respondet, Sacrificium non consistere in simplici oblatione sed in oblatione realiter immutativa rei oblata, qualis non est illa quæ fit post consecrationem, sed solum ipsa consecratio, unde in illa, ut infra dicemus, essentialiter consistit Missæ sacrificium. Nec requiritur quod in sacrificio, oblatio fiat verbis expressis, sed sufficit si tantum fiat, cùm non in verbis, sed in rebus essentia sacrificii consistat. De quo infra redibit sermo.

41. Obijciens secundò contra secundam conclusionem, auctoritatem D. Thomæ 2. 2. quæst. 85. art. 3. ad 3. ubi inter actiones quæ sufficiunt ad ra-

Tom. P.

tionem sacrificii, enumerat fractionem panis.

Sed facile responderetur, S. Doctorem ibi loqui de sacrificio in communi, non autem de sacrificio Missæ in particulari, in quo panis non est res oblata, nec subinde fractio panis eius essentia.

Obijciens tertio: in illa actione consistit essentia hujus sacrificii, quæ repræsentat sacrificium crucis, nam sacrificium Eucharistiæ est imago quædam repræsentativa passionis Christi: Atqui fractio hostiæ est hujusmodi: Ergo in ea consistit essentia sacrificii Missæ.

Respondet distinguendo Majorem: quæ repræsentat ex institutione Christi, concedo. Ex institutione Ecclesiæ, nego. Divisio autem hostiæ non potest significare sacrificium crucis, nisi ex institutione Ecclesiæ, quandoquidem illa non est nisi cæremonia ab Ecclesiâ instituta.

Obijciens quarto contra tertiam conclusionem: Consumptio specierum, non ex institutione Ecclesiæ, sed ex se & ex sua propria ratione repræsentat sacrificium crucis: Ergo est de essentia hujus sacrificii. Consequentia patet ex jam dictis, Antecedens verò probatur, tum ex illo Pauli: *Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis.* Tum ex illo Augustini: *Cùm sanguis de calice in ore fidelium fundatur, quid aliud nisi corporis in cruce immolatio designatur?* Quæ verba referuntur in Canone *Cùm frangitur*, de consecrat. dist. 2.

Respondet sumptionem significare passionem & mortem Christi, non proximè & per se (hoc enim pacto solum habet significare sepulturam Christi, quæ ad sacrificium cruentum essentialiter non pertinet) sed tantum ratione alterius quod præsupponit, scilicet ratione consecrationis; quia hoc ipso quod manducatur Christus, supponitur per consecrationem mysticè mactatus & immutatus, ex vi verborum; & hoc solum volunt Apostolus & Augustinus locis citatis.

§. IV.

Per sententia explicatur.

Dico quartò, Consecratio corporis & sanguinis Christi, est de essentia inveniunt Missæ sacrificii: imò in ea sola, ut dicente ordinem transcendentelem ad sumptionem, tanquam ad finem & terminum extrinsecum, tota essentia hujus sacrificii consistit. Ita communiter recentiores Thoma, Suarez, & alij.

Prima pars hujus conclusionis probatur contra Nugno, qui negat consecrationem esse de essentia hujus sacrificii, eò quod sacrificium Missæ sit oblatio Christi existentis sub speciebus Eucharisticis; & quia per consecrationem non immutatur, sed magis producitur victima. Probat, inquam, hæc pars primò ex Cypriano, vel ex Authore sermonis de cœna aquæ Cyprianum, dicente ex quo prolata sunt verba formæ, panem & calicem, sacramentum simul, medicamentum, & holocaustum esse. Item ex D. Thomæ supra quæst. 82. art. 4. ad 1. ubi ait *quod consecratio christi, vel cuiuscunque alterius materia, non est sacrificium, sicut consecratio Eucharistiæ* Et art. 10. in corp. docet, Sacerdotes teneri ad sacrificandum, non solum propter ministranda sacramenta populo, sed principaliter per comparationem ad Deum, cui in consecratione hujus sacramenti, sacrificium offertur. Et in responsione ad 1. *Hoc sacramentum* (inquit) *perfectum*

Rij

in consecratione Eucharistie, in qua sacrificium A
Deo offertur. Ergo juxta doctrinam D. Thomae
 consecratio est de essentia incruenti Missae sacri-
 ficii.

45. Probatur secundò eadem pars ratione. Potestas
 consecrandi est de essentia Sacerdotii novae legis:
 Ergo & ipsa consecratio de essentia sacrificii. An-
 tecedens admittit Nugno, dicens totam essentiam
 nostri Sacerdotii consistere adaequatè in potestate
 ad consecrandum, & offerendum sacrificium. Et
 ratio est, quia forma quae essentialiter constituit
 Sacerdotem novae legis, est character Sacerdoti-
 lis, qui per se primò est potestas consecrandi, Con-
 sequentia verò probatur: Sacerdotium est essen-
 tialiter propter sacrificium, juxta illud Apostoli
 ad Hebraeos 5. *Omnis Pontifex constituitur ut*
offerat dona & sacrificia pro peccatis: Ergo si pote-
 stas consecrandi sit de essentia Sacerdotii novae le-
 gis, consecratio debet esse de essentia sacrificii ejus-
 dem legis.

46. Probatur tertio: Illa actio est de essentia sacri-
 ficii, quae est immutativa rei oblatae: Sed conse-
 cratio est hujusmodi: Ergo est de essentia incruen-
 ti Missae sacrificii. Major est certa, & patet ex defi-
 nitione sacrificii: Minor probatur. Actio separans
 sanguinem à substantia viventis, est immutativa
 & destructiva illius: sed consecratio per se lo-
 quendo, & ex vi verborum, sanguinem separat
 à corpore Christi, qui per consecrationem panis,
 & ex vi verborum, ponitur solum corpus; & per
 consecrationem calicis, solus sanguis: ita ut veluti
 per accidens sit, respectu consecrationis, quòd illà
 peracta, sanguis reperitur in corpore Christi: Er-
 go consecratio quantum est de se, sacramentaliter
 & mysticè maculat Christum, & in ea fit mystica
 quaedam effusio sanguinis; per gladium verborum,
 ut Cyrillus loquitur: sicut sacrificia vetera non sine
 vera & reali sanguinis effusione per victimae ma-
 terialem occisionem peragebantur.

47. Confirmatur: Cum sacrificium incruentum
 Missae, sit essentialiter repraesentativum sacrificii
 cruenti crucis, illa actio est de ejus essentia, quae sit
 repraesentativum mortis & passionis Christi: Sed
 Missae sacrificium consecratione corporis & san-
 guinis Christi, sit repraesentativum mortis & pas-
 sionis ejus, cum per eam ex vi verborum ponatur
 corpus Christi sub speciebus panis, ut exangue &
 sine anima, subindeque per eam, ut jam dixi-
 mus, fiat mystica quaedam effusio sanguinis
 Christi: Ergo consecratio corporis & sangui-
 nis Christi, est de essentia incruenti Missae sacri-
 ficii.

48. Quod verò illius essentia in ea sola consistat,
 breviter ostenditur: Tum quia nulla ex aliis actio-
 nibus, praeter consecrationem, est de essentia sacri-
 ficii Missae, ut §. 2. probatum est. Tum etiam, quia
 ad completam & adaequatam rationem sacrificii
 duo tantum requiruntur, oblatio nimirum, & im-
 mutatio victimae, ut ex sacrificii definitione patet:
 utrumque verò in consecratione reperitur: im-
 mutatio quidem, ut jam ostensum est: oblatio au-
 tem, quia ad veram oblationem, necesse est necessa-
 rium ut Sacerdos in actu signato significet se ho-
 stiam offerre, dicendo, *ego offero, vel offerimus ma-*
jestati tuae; sed sufficit ut in actu exercito victi-
 mam sitat & praesentet Deo. Quemadmodum
 ergo Christus in cruce sacrificium corporis & san-
 guinis sui obtulit, non tam verbis, quam factis,
 moriendo scilicet pro Dei gloria & pro nostra sa-
 lute: ita Sacerdos consecrans offert opere & re-

ipsa corpus & sanguinem Christi per consecra-
 tionem.

Demum quòd ipsa consecratio, ut ostensum
 est, adequatè essentiam incruenti Missae sacrificii
 tanquam ad finem & terminum extrinsecum, ma-
 pater quòd hoc sacrificium habeat rationem
 & potus, unde sub speciebus panis & vini offertur.
 Atqui sumtio est finis & terminus extrinsecus
 menti: Ergo pertinet ad hoc sacrificium tanquam
 finis & connotatum extrinsecum; & licet totum
 pars essentialis illius, ut volunt plures ex Rationi-
 ribus, est tamen aliquo modo de ejus integritate
 Unde D. Thomas hic art. 6. ad 3. ait quòd si con-
 gat in calice consecrato venenum esse, non co-
 ber sumi, sed in aliquo vase sanguis Christi con-
 tendus est & aliud vinum consecrandum, ut
 sacrificium perficiatur. Ipsa etiam Ecclesia in calice
 contingeret Sacerdotem mori ante sumptionem
 specierum, si tunc præcipitur alius Sacerdos acci-
 non se junctus, propter integritatem sacrificii, sicut
 consecratas sumat. Item in Concilio Tolosano,
 can. 5. gravis poena imponitur Sacerdotibus, qui
 non communicabant, quoties Missam celebra-
 bant: *Nam quale (inquit) erit sacrificium, si non*
ipse sacrificans participet esse dignetur. Ex quo
 intelliges non idèò sumptionem ad hunc sacrificii
 integritatem pertinere, quòd sine illa salvaretur
 quæ immutatio ad rationem sacrificii necesse
 illa enim, ut supra ostendimus, in consecratione
 sufficienter salvatur; sed quia, ut diximus, in
 hoc sacrificium habeat rationem cibi & potus,
 ad sumptionem tanquam ad finem extrinsecum
 ordinatur, subindeque eam extrinsecè co-
 notat.

Dices, si contingat corpus Christi in altari
 rere sub specie carnis, communiter docent Theo-
 logi non esse sumendum; neque tunc reem Sacer-
 dotem ad aliam hostiam consecrandam: Ad hanc
 sumptio esset de integritate sacrificii, nec
 tur Sacerdos aliam hostiam consecrare, nec
 perfectum maneret sacrificium, corpus perfectum
 & integritas est de jure divino: Ergo sumptio
 cium, non pertinet ad integritatem Sacramenti
 Missae.

Respondeo data Majori, negando Minor.
 quia eo casu miraculoso & extraordinario, cau-
 tur Auctor ipse sacrificii Deus, per miraculum
 spensare, ob peculiare fines quos per tale miracu-
 lum intendit. Consultius tamen videtur, etiam
 in casu illo extraordinario, aliam hostiam conse-
 crare & sumere ad perficiendum sacrificium, ut
 docet S. Thomas hic quaest. 82. art. 4. ad 3. haec
 verba: *Si miraculose corpus Christi in altari sub*
specie carnis appareat, aut sanguis sub specie sanguinis,
non est sumendum. Nec propter hoc Sacerdos
transgressor efficitur, quia ea quae miraculose sunt,
legibus non subduntur. Consultandum tamen est
 Sacerdoti, quòd iterato corpus & sanguinem ad
 mini consecraret & sumeret.

§. V.

Solvuntur objectiones.

Obijciens primò contra precedentem con-
 sionem: Ita se habet consecratio ad incruen-
 tum sacrificium Missae, sicut se habet conse-
 cratio ad sacrificium cruentum crucis: nam
 Deus factus homo, in cruce oblatus est; in Chri-
 stus factus panis vitae spiritualis, in altari offertur.

Sed incarnatio non est de essentia sacrificii crucis, sed tantum quid præviū ad ipsum, siue præparatio rei offerendæ & sacrificandæ, juxta illud ad H. brachio. *Corpus autem apasti mibi*: Ergo similiter consecratio non est de essentia sacrificii Missæ, sed quid præsuppositivè requisitum ad ipsum.

Confirmatur & magis illustratur hæc ratio: Quod sacrificatur, præexistit immolationi: Sed corpus Christi quod sacrificatur in Missa, non præexistit sub speciebus consecrationi, cum per illam ponatur & producat: Ergo corpus Christi per consecrationem non immolatur, subindeque illa non est de essentia sacrificii.

Ad objectionem respondeo, negando partem Majoris universaliter sumptam, triplicemque assignando rationem discriminis. Prima est, quia incarnatio non fuit positio corporis Christi super altare crucis, subindeque neque oblatio ejus in sacrificium; consecratio verò corporis Christi, utramque rationem sortitur; nam & ponit corpus Christi super altare, & ipsum sinit & offert in sacrificium, ut supra ostensum est. Secunda est, quia Christus, ut principalis offerens in Missa, præsupponitur consecrationi, quia non offert ut est sub speciebus, sed ut in propria specie existens; offertur autem, ut est sub speciebus. At verò ut principalis offerens in sacrificio crucis, non potuit præsupponi ad incarnationem. Tertia disparitas est, quia incarnatio non est mutatio aliquo modo destructiva, sicut est ea quæ requiritur ad rationem sacrificii, quæque reperitur in consecratione, modo superius explicato, sed mutatio solum positiva & perfectiva.

Ad confirmationem respondeo, quod sacrificatur præexistere debere immolationi, quando per actionem sacrificandi non fit, non implicare tamen quod actio sacrificandi sit simul productio victimæ, & immutatio illius, subindeque quod victimæ ad eam non præsupponatur, ut magis explicabitur in solutione objectionis sequentis.

Obijcies ergo secundo: Sacrificium est essentialiter actio victimam immutans & destruens: At in sacrificio Missæ, consecratio non destruit victimam, nimirum corpus Christi, sed potius illud ponit & producit sub speciebus: Ergo Missæ sacrificium non consistit in consecratione.

Mirum est quantum hæc difficultas Theologorum ingenia exerceat, & in quam varios dicendi modos eos abire compellat. In primis Vazquez respondet, quod quamvis de ratione sacrificii absolute sit quod destruat victimam, non tamen de ratione sacrificii quod non est absolute, sed solum commemorativum alterius, cujusmodi est sacrificium Eucharistiæ, quod ait consistere in sola representatione sacrificii crucis.

Verum hæc solutio & doctrina displicet aliis Theologis, & breviter confutari potest. Quod enim est de natura sacrificii ut sic, omni sacrificio, quodcumque illud sit, convenire debet: Sed immutatio rei oblate est de ratione sacrificii ut sic, ut docet D. Thomas 2.2. quest. 85. art. 3. ad 3. & colligitur ex nomine Hebræo sacrificii זבח Zebach, quod latine mactatio dicitur. Idipsum constat in sacrificii veteris legis, in quibus omnibus res oblata destruebatur, vel per occasionem, ut in victimis, quando sacrificabantur vivencia; vel per combustionem, ut in immolationibus, in quibus offerebantur inanimata solida, cujusmodi sunt simila, zhus, &c. vel per effusionem, ut in libaminibus,

Tom. V.

A in quibus offerebatur aqua, vinum, oleum &c. Ratio verò petitur ex differentia quæ est inter adorationem, oblationem simplicem, & sacrificium: adoratio enim exhibet cultum Deo, quatenus submittit hominem Deo tanquam suo inferiori; oblatio quatenus submittit ipsum Deo tanquam domino rerum omnium exteriorum, & ideo ipsi aliquam rem exteriorem offert, in quo distinguitur ab adoratione; sacrificium verò, quatenus submittit hominem Deo tanquam auctori vitæ & necis, ideoque adhuc significandum debet immutare rem oblata, eamque quodammodo destrinere: Ergo sacrificium quodcumque illud sit, siue absolute, siue commemorativum, debet esse destructivum victimæ. Unde licet sacrificium incrementum Missæ, sit representativum sacrificii crucis, si tamen non importet immutationem rei oblate, non erit, neque dici poterit verum sacrificium, sed duntaxat nuda imago & representatio sacrificii veri.

Respondet secundo Suarez objectioni propositæ, quod quando in sacrificio res oblata producit ex alia substantia quæ destruitur, non est necessarium quod sacrificium sit immutatio rei oblate, & termini ad quem, sed sufficit quod terminus à quo destruitur; unde cum in sacrificio Missæ corpus CHRISTI producat ex substantia panis quæ destruitur, in eo salvatur vera ratio sacrificii, absque eo quod per consecrationem corpus CHRISTI, quod est res oblata, destruitur.

Sed in primis hæc solutio destruit definitionem sacrificii in communi, nam sacrificium in communi definitur *oblato externa religiosa soli Deo facta, alicujus rei permanentis, cum aliqua ejusdem rei immutatione*. In qua definitione aperte declaratur, immutationem debere fieri circa ipsam rem oblata. Unde D. Thomas 2.2. quest. 85. art. 3. ad 3. sic ait: *Sacrificia proprie dicuntur, quando circa res oblatas aliquid fit, sicut quod animalia occidebantur, & comburebantur; quod panis frangitur & comeditur*. Quare Suarez novam eudendo definitionem sacrificii, exponit mysteria nostræ fidei risui hæreticorum, præbetque illis ausam cogitandi & dicendi, non posse à Catholicis defendi quod Eucharistia sit verum sacrificium, nisi essentias rerum immutando, & novas definitiones committendo.

Deinde ex hac solutione sequeretur quod conversio ligni verbi gratia in calicem, & ipsa calicis oblatio & consecratio, esset verum sacrificium; esset enim productio rei sacræ, & destrueretur terminus à quo hujus oblationis, nimirum substantia ligni: Sed hoc videtur absurdum: Ergo &c. His ergo solutionibus prætermis.

Ad objectionem respondeo, ad rationem sacrificii sufficere, ut ex modo quo offertur sacrificium, sequi debeat mors victimæ, connaturaliter, quamvis de facto non sequatur: Si enim in veteri lege post illatum vulnus lethale, Deus miraculose conservasset victimam, adhuc verum ibi fuisset sacrificium; quia ex quo vulnus illud fuisset lethale, non minus illa actio significasset dominium Dei in vitam & mortem, quam si de facto sequuta fuisset mors: Quia ergo in proposito consecratio, quantum est de se, & ex vi verborum, habet separatè sanguinem à corpore Christi, quamvis de facto non destruat Christum, est tamen destructiva illius, & ideo habet veram rationem sacrificii, præsertim cum verba in definitione

R. ij tioni-

tionibus non dicant actum, sed aptitudinem, ut A communiter docent Philosophi. Potestque hæc solutio illustrari exemplo Martyrii: multi enim docent, non requiri ad coronam martyrii, quod actu sequatur mors, sed sufficere quod tale vulnus infligatur, quod de facto per se natum est inferre mortem, quamvis ex aliquo accidenti mors impediatur.

62. Instabis: Illa actio quæ est productiva victimæ, non est destructiva illius: Sed consecratio est productiva victimæ, cum per eam corpus Christi sub speciebus panis & vini producat: Ergo non est destructiva illius.

Respondeo quod quamvis repugnet eandem actionem producere aliquem terminum, & simul ipsum destruere; fieri tamen potest, ut actio quæ efficit aliquem terminum, sit destructiva ejusdem, quando ex modo producendi, ita ipsum attingit, ut quantum est de se habeat separare corpus à sanguine, sicut contingit in proposito.

63. Urgebis: Actio immutativa & destructiva victimæ, debet supponere illam productam: Sed consecratio, etiam ut habet ponere corpus separatum à sanguine, quantum est de se, non supponit victimam productam, sed potius illam producit: Ergo non est immutativa & destructiva illius. Minor probatur; quia victima non est Christus utcumque, sed Christus, ut existens sub speciebus panis & vini: Atqui consecratio producit Christum sub illa ratione: Ergo quantum est de se non supponit victimam productam.

Respondeo distinguendo Majorem: Actio immutativa & destructiva victimæ, debet supponere illam productam, prioritate rationis, concedo: prioritate reali, nego. Vel sub aliqua formalitate, concedo Absolutè & simpliciter, nego. Similiter distinguo Minorem: consecratio non supponit victimam productam, sub ea formalitate quæ productiva est corporis Christi sub speciebus, concedo Minorem; sub alia, nego Minorem; & eodem modo distinguo Consequens: Ergo consecratio, quatenus est productiva corporis Christi sub speciebus, non est destructiva illius, concedo: sub alia ratione & formalitate, nego. Tres ergo formalitates in eadem consecratione diligenter distinguendæ sunt, quarum una præcedat aliam prioritate aliquâ rationis. In primis enim habet consecratio quod sit actio productiva & præparativa victimæ, quatenus est conversio panis & vini in corpus & sanguinem Christi. Secundò quatenus per eandem actionem, victima præsentatur Deo in actio exercito, in honorem & cultum ipsius, habet rationem oblationis s. Tertiò quatenus eadem consecratio ex modo quo producit victimam, habet quantum est de se, constituere corpus separatum à sanguine; & modo quodam mortuo, per modum cibi, habet hæc actio quod sit immutativa victimæ. Cæterum tres illæ ejusdem actionis formalitates, hunc habent inter se ordinem, ut secunda supponat primam, & utraque antecedar tertiã.

64. Objicies tertiò: In die Parasceves offertur verum sacrificium: Atqui tunc non fit consecratio, sed tantum consumptio specierum: Ergo non in illa, sed in ista consistit ratio sacrificii. Major probatur, tum quia Sacerdos inter precandum appellat illam ceremoniam sacrificium: tum etiam, quia fideles tenentur illi assistere, si incidit in diem festum.

Respondeo negando Majorem, dicitur enim Thomashic art. 2. ad 2. non offertur in die Parasceves sacrificium in cruentum, ne passio mystice expressa eodem die representetur. Unde Hugo Victorinus secundo codice miscellanorum sic: *Hodie non sacrificamus, dum hostia de manu mittitur: non sacrificant amici, dum trucidantur inimici.*

Ad probationem in contrarium dico, cætenus am illam quæ fit in die Parasceves, appellatur sacrificium in latiori significatione, quia est complementum sacrificii hesterni, in quo hostia quæ consumitur, fuerat consecrata: unde negamus esse novum & perfectum sacrificium, non solum quia non fit consecratio, sed etiam quia non immutatur nisi una species, cum tamen utraq; species sit de essentia sacrificii, ut supra ostendimus. Fideles verò tenentur illi assistere, si incidit in diem festum, quia tenentur illi assistere, eodem modo quo fit ab Ecclesia.

Dices sumptio illa debet pertinere ad aliam speciem religionis: Non ad aliam quam ad sacrificium: Ergo talis sumptio est verè sacrificium. Respondeo poni in specie religionis, in quoque nitur sumptio cujuslibet sacramenti, quatenus indirecè possit reduci ad speciem sacrificii, quatenus est terminus extrinsecus, & consummatio sacrificii oblati in die præcedenti.

Pro completa explanatione essentia sacrificii, inquirunt hic Authores, quomodo distinguatur sacrificium Missæ, à sacrificio cruento quod Christus obtulit in nocte cænæ, & quod moriens obtulit in cruce? Ad quod breviter respondeo, non distingui nisi numero, à parte posteriori verò, in ritu & ratione offerendi, & distingui quodammodo specie; quamvis ex parte rei oblatæ, utrumque sit idem numero sacrificium. Primum patet, quia in sacrificio quod Christus obtulit in nocte cænæ, & in eo quod nos offerimus in Missa, est eadem res oblatæ, & eadem modus offerendi, scilicet transubstantiatio: Ergo distinguuntur solo numero. Secundum etiam constat, quia in cruce fuit oblatum sacrificium actionem cruentam, in altari verò per consecrationem, quæ est actio diversæ rationis: Ergo in huiusmodi sacrificia distinguuntur quodammodo specie, cum habeant diversum modum offerendi. Dico quodammodo, quia cum habeant idem motivum formale, distinctio le teneat solum ex parte substrati materialis, non est propriè distinctio specifica, si aliunde verum sit, virtutem religionis in Christo, non distingui specie à nobis. Tertium denique probatur, quia est eadem res quæ offertur in sacrificio Missæ, & quæ fuit oblatæ in cruce, & in nocte cænæ: Ergo ex parte rei oblatæ non distinguuntur etiam numero; & hoc volumus tum SS. Patres, dum asserunt, utrumque sacrificium, cruentum & in cruentum, esse idem, solum enim volunt idem esse sacrificium, vel quia utraque est eadem res oblatæ, vel etiam quia sacrificium Missæ, est imago sacrificii cruenti: imago enim & res representata dicuntur esse idem motus representativo.



ARTICULUS III.

A quibus & pro quibus possit Missæ sacrificium offerri:

Dico primò, in sacrificio Missæ multiplicem esse offerentem. Conclusio indiget solum explanatione.

Dicimus ergo, primum ac principalem offerentem in sacrificio Missæ, esse Christum Dominum, qui cum sit supremus Sacerdos, unâ cum Sacerdotibus hoc sacrificium offert, & ad actionem sacrificandi concurrit. Unde hoc sacrificium est infinitum, non solum ex parte rei oblate, sed etiam ex parte personæ offerentis, ut infra dicemus, subindeque quoad utrumque æquiparatur sacrificio crucis & cœnæ, ut docet Tridentinum sess. 22. cap. 1. his verbis: *Vna eademque est hostia, idem nunc offerens, Sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in cruce obtulit, solâ offerendatione diversa.*

Secundi offerentes Missæ sacrificium, sunt Sacerdotes, qui illud in persona Christi, & nomine totius Ecclesiæ Deo offerunt. Diverso autem modo illud offerre dicuntur in persona Christi, & nomine totius Ecclesiæ; nam in persona Christi illud offerunt ut inferiores & ministri, nomine & jussu superioris: Nomine verò Ecclesiæ, ut superiores pro inferioribus; est enim Ecclesia prout à Sacerdotibus constituitur, populus fidelis, qui hoc sacrificium offert per Sacerdotem, ut per superiorem & suum advocatum apud Deum. Unde tertio laici omnes fideles possunt dici hoc sacrificium offerentes, ut docet Innocentius Tertius libro tertio de mysterijs Missæ capite quinto, ubi affirmat idem Sacerdotem sapius in canone Missæ dicere, *Offerimus*, quia non in sua tantum, sed in totius Ecclesiæ persona sacrificat, & omnes quodammodo cum illo offerunt. Idem docet Petrus Damianus Epist. 13. ad Leonem inclusum cap. 8. ubi exponens verba illa Canonis: *Pnde & memores nos servi tui*, subdit: *In his verbis patenter ostenditur, quod à cunctis fidelibus, non solum viris, sed & mulieribus, sacrificium illud laudis offertur, licet ab uno specialiter Sacerdote offerri videatur: Quia quia ille offerendo manibus tractat, hac multitudine fidelum intentum devotionis commendat. Quod illic quoque declaratur, ubi dicitur: Hanc igitur oblationem servitutis nostræ &c. Quibus verbis luce clarius constat, quia sacrificium, quod à Sacerdote sacris altari, bus superponitur, à cuncta Dei familia generaliter offertur.* Porro ex omnibus fidelibus, illi magis specialiter dicuntur offerentes, qui propter conjunctionem intentionum suarum cum intentione Sacerdotis, externum quoddam officium exhibent, inserviando, & necessaria ad sacrificium suppeditando, ut Diaconus, Subdiaconus, Acoliti &c. illique qui pecuniam Eleemosynam tribuunt, ut pro se vel suis Missa celebraretur.

Dico secundò, sacrificium Missæ offerri posse pro omnibus viventibus, etiam infidelibus; & pro mortuis fidelibus, penam peccatorum in purgatorio luentibus; non tamen pro damnatis, aut pro parvulis defunctis absque baptismo, bene tamen pro beatis.

Prima pars quoad fideles clara est, quoad infideles verò probatur, contra Sorum & Vazquem, ex Augustino Epist. 59. ad Paulinum, ubi de ora-

tionibus & postulationibus quæ in Missa fiunt, ait: *Ne quisquam existimet, non esse ista facienda pro his à quibus persecutionem patiebatur Ecclesia, cum membra Christi ex omni essent hominum genere colligenda.* Item Prosper lib. 1. de vocat. gentium cap. 12. supplicat (inquit) ubique Ecclesia Deo, non solum pro Santis & in Christo jam regeneratis, sed etiam pro omnibus infidelibus, & inimicis crucis Christi, pro idololatriæ cultoribus, pro Iudeis &c. Paulo ante dixerat: *Quam legem supplicationis, ut omnium Sacerdotum, & omnium fidelium devotio tenet.* Idem multò ante docuerat Clemens Romanus lib. 8. Constit. cap. 12. ubi in Missa orare præcipit pro Rege, & pro omnibus qui in sublimitate sunt, proque ijs qui foris sunt, & errant.

Confirmatur: Sacrificium Missæ est applicatio crucis: Sed istud oblatum fuit pro omnibus, etiam pro infidelibus, 1. ad Timoth. 2. & 1. Joan. 2. Ergo & illud offerri potest pro omnibus viventibus, etiam infidelibus.

Confirmatur amplius: In lege antiqua fuerunt sacrificia pro infidelibus oblata 1. Eldræ 6. & 1. Machab. 12. Ergo & in lege novâ Missæ sacrificium pro infidelibus offerri potest. Consequenter patet: Nam legi novæ, utpote legi gratiæ, charitatis, & misericordiæ, id magis videtur conveniens.

Neque obstant verba illa Augustini lib. 1. de anima & ejus origine cap. 9. *Quis offerat sacrificium Christi, nisi pro iis qui sunt membra Christi?* Id enim (ut explicat S. Thomas) intelligi debet de membris actu vel potentia, cuiusmodi sunt omnes homines quando vivunt. Ibi enim loquitur Augustinus de parvulis qui moriuntur absque baptismo, quibus nullo modo potest prodelle sacrificium, cum nec sint, necesse possint membra Christi. Caput verò Nobis 2. & caput Sacris, de sententia excommunicationis, tantum prohibent, ne Sacerdos offerat & oret velut publica persona, nomine Christi, & totius Ecclesiæ, pro infidelibus, vel Apostatis, aut excommunicatis majori excommunicatione; non autem ne privatâ intentione, & oratione, pro ipsis oret inter sacrificandum, ut notant Sylvest. Sylvius, Suarez, & alij. Ex quo inferes, Missam posse multò magis offerri pro Cathecumenis: præsertim cum talis fuerit usus primitivæ Ecclesiæ, ut testantur Clemens lib. 8. Constit. cap. 4. 5. & 6. Chrysostomus in sua Liturgia, & Augustinus Epist. 107. ad Vitalem.

Secunda pars conclusionis, quæ asserit sacrificium Missæ, pro mortuis fidelibus posse offerri, patet ex perpetuo usu Ecclesiæ, quæ pro defunctis semper celebravit, ut constat ex Liturgiis Jacobi, Matthæi, & Marci, & testantur Clemens Romanus lib. 8. Constit. cap. 9. Tertullianus lib. de Corona militis cap. 3. Cyrillus Catech. 5. mystag. Cyprianus lib. 1. Epist. 9. Chrysostomus homil. 69. ad populum, ubi dicit ab Apostolis id sanctum fuisse. Augustinus lib. de cura pro mortuis cap. 1. & lib. 9. Confess. cap. 12. & 13. Ambrosius in Orationibus de obitu Theodosij, Valentini, & Satyri fratris, ubi se pro illarum animabus sacrificaturum promittit.

Ratio etiam suffragatur: Christus enim in sacrificio crucis, cuius Eucharisticum est applicatio, obtulit seipsum etiam pro defunctis, scilicet pro omnibus, qui à mundi principio ante illum piè defuncti erant. Item in lege Mosaica fuerunt sacrificia pro mortuis, ut patet 2. Machab. 12. ubi

dicatur, Judam sacrificium pro mortuis, offerendum curasse; ejusque factum Scriptura laudans, subdit: *Sancta ergo & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur*: Ergo à fortiori in legem nova sacrificium pro defunctis offerri potest. Unde Tridentinum sessione 25. in Decreto de purgatorio ait, *Animas in purgatorio detentas, fidelium suffragiis, potissimum verò acceptabilis Altaris sacrificio, juvari*. Item Chrysostomus homil. 3. in Epistolam ad Philipenses prope finem: *Non frustra (inquit) instituerunt Apostoli; ut cum tremenda mysteria celebrantur, fieret eorum commemoratio qui ex hac vita decesserunt*. Sciebant enim magnum inde lucrum, multamque utilitatem eis provenire. Cum enim ad sit populus universus, & collegium Sacerdotale manus attollat, & coram posita sit tremenda hostia, quo modo iram Dei non placabimus pro illis orantes.

75 Tertia pars quæ assertit illud non posse offerri pro damnatis, aut pro parvulis defunctis absque baptismo, non minus evidens est, cum damnati, utpote in termino existentes, nullius sint remissionis capaces, ut ostendimus in Tractatu de peccatis, illique nec actu nec potentia sint membra Christi. Unde cap. Pro absentibus 13. quæst. 2. prohibetur orare pro damnatis. Nec obstant aliqua exempla quæ afferri solent de anima Traiani, precibus S. Gregorij ab inferis liberata, & de aliis Gentilibus in vitam revocatis; ac tandem salvatis; nam hæc, vel apocrypha sunt, vel cum sint contra communem legem à Deo statutam, non sunt in exemplum adducenda.

76 Ultima denique pars quæ affirmat pro beatis Missæ sacrificium posse offerri, id est in eorum honorem, seu in gratiarum actionem pro gloria quæ donati sunt, & fruuntur in cælis, patet ex variis orationibus Ecclesiæ in Missa recitatis, ut ex oratione secreta Missæ de S. Bartholomæo, ubi sic dicitur: *Quasumus Domine, ut eius auxilio tu beneficia capiamus, pro quo tibi laudis hostias immolamus*.

ARTICVLVS IV.

Utrum Missa sacrificium valorem habeat propitiatorium ad obtinendam remissionem peccatorum, & imperativum pro obtinendis à Deo beneficiis, & quomodo illos effectus causet.

77 Dico primò, sacrificium Missæ propitiatorium esse, & ad remissionem peccatorum mortalium & venialium, ac poenarum pro eis debitarum valere. Conclusio est certa de fide, ac definita in Tridentino sess. 22. cap. 2. ubi sic dicitur: *Docet Sancta Synodus sacrificium istud verè propitiatorium esse, per ipsumque fieri, ut si cum vero corde & recta fide, cum metu & reverentia, contriti & poenitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno*. Huius quippe oblatione placatus Dominus, gratiam & donum poenitentiae concedens, crimina & peccata etiam ingentia dimittit. Et can. 3. *Si quis duxerit Missa sacrificium, tantum esse laudis & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in cruce peracti, non autem propitiatorium, anathema sit*.

78 Ratio etiam suffragatur: Nam ut dicitur ad Hebræos 5. Omnis Pontifex constituitur, ut offe-

rat sacrificia pro peccatis: Ergo cum Sacramentum novæ legis non nisi Missa sacrificium offeratur, illud tanquam propitiatorium pro peccatis obpulo; Sacerdos enim, ut ibidem ait Apostolus, debet quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Unde in Liturgia D. Jacobi Minoris dicitur, *Offerimus tibi nostrum sacrificium pro peccatis nostris & quædam*. Et Cyprianus serm. de Cæna Domini, sic charitatem esse holocaustum ad purgandas iniquitates. Et certè, si propter sacrificium tantum & arietum, junctum precibus Job, Deus peccata remisit Eliphæ Themanitæ, & eius locos, ut dicitur Job 42. quanto credibilis est, Deum sacrificium in quo unigeniti ac dilectissimi filii corpus ipsi immolatur, acceptate infallibiliter similem effectum; Unde Chrysostomus homil. 3. de incomparabili natura Dei, verè finem, ait quod *sicut homines ramos oleæ arboris gerentes, vere Reges consueverunt, eoque arborisque, quæ concordiam commemorant & humanitatem sic Augustinus (dum Missa sacrificium celebrat) propter oleaginis corpus Domini ipsum protendens, reges pro genere humano, quasi dicant: Pro his Domini regamus, quos in adeo dilexisti, ut propter saltem mortem obires, animam in cruce efflatis; Pro his supplicamus, pro quibus ipse tantum largum est, neminem pro his oramus, pro quibus corpus hoc committimus*. Tandem sic concludit: *Hincque magis animæ adversus, fratres charissimos, omnes temporales Ecclesiam properemus, ut Dominum ad misericordiam invitemus, & tempestivè ad penitentiam comparemus*.

Nec solum pro mortalium, sed etiam pro venialium remissione valet Missa sacrificium: Im quia huic mirabili sacrificio concedendum est, ut omne quod sacramentalibus tribuitur sacramentalia vero habent vim remittendi culpas veniales, ut dicimus in Tractatu de poenitentia. Tum etiam quia cum in lege Moisaica essent quædam beneficia quæ exiabant infallibiliter ab immunditiis legalibus, videtur lex gratia habere de dote, quod sacrificium quod expiet à culpis levibus & venialibus quæ quotidie committimus. Unde Can. *Utrum de consecrat. dist. 2. Missa sacrificium quotidie iterari dicitur: Quia quoties peccamus, peccatis sine quibus mortalis infirmitas videri non potest, qualia sunt venialia*.

Dico secundo, Missæ sacrificium causare remissionem peccatorum mortalium ex opere operato, non quidem immediatè & directè, sicut sacramenta causant gratiam, sed indirectè tantum & mediatè, impetrando scilicet à Deo auxilium, quo homo excitetur ad contritionem, & remissionem cum sacramento, quorum vi immediatè remissio peccatorum obtineatur.

79 Prima pars probatur contra S. atem, Serram, & alios, qui negant Missæ sacrificium causare remissionem peccatorum ex opere operato. Ille effectus causatur ex opere operato ab isto sacrificio, quæ causatur ex sola dignitate Sacerdotis, ut ejus pro quo offertur: Sed remissio peccatorum mortalium hoc modo causatur à sacrificio Missæ. Ergo tale sacrificium etiam causat ex opere operato. Major patet, in hoc enim distinguitur effectus, ex opere operato, ab effectu ex opere operantis, quod ille datur intuitu meritorum Christi, & ex institutione ipsius, quia merita sua talia vel illa operi

operi applicavit : iste verò datur intuitu meriti facientis opus. Minor verò probatur ex Tridentino sess. 22. cap. 2. ubi sic dicitur : *Quoniam in divinis hoc sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus continetur, & incrementum immolat, qui in ara crucis semel seipsum cruento obtulit, declarat Sancta Synodus, sacrificium istud verè propitiatorum esse &c.* Hujus quippe oblatione placatur Dominus, gratiam & donum penitentia concedens, crimina & peccata etiam ingentia dimittit. Una enim eademque est hostia, idem nunc offerens, Sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa. Sed quod convenit sacrificio ratione rei oblatae, & principalis offerentis, convenit ipsi ratione propriæ dignitatis : Ergo remissio peccatorum mortalium causatur à sacrificio Missæ, ex sola dignitate sacrificij, independenter à merito vel dignitate Sacerdotis offerentis, aut ejus pro quo offertur.

21. Secunda pars conclusionis, quæ assertit Missæ sacrificium, non immediatè remittere peccata, sed tantum mediatè, impetrando auxilium, ad actum penitentia, quo peccata immediatè remittantur, colligitur ex verbis Tridentini jam relatis : Concilium enim explicans modum quo hoc sacrificium nobis peccata remittat : *Hujus, inquit, oblatione placatus Dominus gratiam (excitantem) & donum penitentia concedens, crimina & peccata, etiam ingentia, dimittit.* Quibus verbis aperte docet, sacrificium Eucharistia non remittere immediatè peccata, ut faciunt sacramenta Baptismi & Penitentia, sed tantum mediatè & remotè, impetrando à Deo gratiam prævenientem, quæ peccatores excitentur efficaciter ad contritionem aut attritionem cum sacramento, quorum vi immediatè remissio peccatorum obtineatur. Idque manifestè colligitur ex differentia quæ est inter sacramentum & sacrificium, in eo consistens, quod sacrificium immediatè refertur ad cultum Dei, & secundariò tantum, ac veluti per redundantiam, ad nostram utilitatem : sacramentum verò primariò est institutum, ad nostram sanctificationem : Ergo conveniens est, ut sacramentum quidem gratiam & remissionem peccati causet immediatè, sacrificium verò solummodo Deum placare habeat, eumque impellere ad excitandum in peccatore penitentia motum. Unde D. Thomas de his pro quibus hoc sacrificium offertur ait in 4. dist. 12. quæst. 2. art. 2. quæstione 2. ad 4. *Peccata mortalia in eis delet, non sicut causa proxima, sed in quantum gratiam contritionis eis impetrat.*

Quod diximus de prima gratia justificante, dicendum est de ejus augmento, illud nimirum mediatè tantum causari posse per Missæ sacrificium ; causare enim immediatè gratia augmentum, est effectus proprius Eucharistia, ut habet rationem sacramenti, & cibi spiritualis animæ, & aliorum sacramentorum, quæ primam gratiam justificationem in recipientibus prærequirunt, ad eoque sacramenta vivorum appellantur.

22. Ex his solum manet præcipuum fundamentum, quo Suárez, & Serra moventur ad negandum Missæ sacrificium causare primam gratiam & remissionem peccati ex opere operato. Quod enim (inquiunt) causat gratiam ex opere operato, potest facere de attrito contritum, vel etiam causare gratiam ultra subiecti dispositionem : Sed Eucharistia sacrificium neutrum habet, ut con-

Tom. V.

A stat ex suprà dictis : Ergo non causat primam gratiam & remissionem peccati ex opere operato.

Confirmatur : Quod causatur per modum impetrationis, non causatur ex opere operato : Sed remissio peccati & prima gratia, causantur à Missæ sacrificio per modum impetrationis ; quia, ut diximus, non dantur nisi quatenus impetratur auxilium quo peccatores ad penitentiam excitentur : Ergo non causantur ab illo ex opere operato.

Confirmatur ampliùs : Effectus qui causatur ex opere operato, causatur infallibiliter in non poenitentibus obicem : Sed remissio peccati non causatur infallibiliter in his pro quibus Missæ sacrificium offertur ; experientia enim constat, illud offerri pro multis peccatoribus, qui propterea non convertuntur, sed obstinati manent in suis peccatis : Ergo Missæ sacrificium non causat remissionem peccatorum mortalium ex opere operato.

Verum, ut dixi, hujusmodi instantia facile dilui possunt ex dictis. Ad primam enim respondeo distinguendo Majorem. Quod causat gratiam ex opere operato, potest facere de attrito contritum, si causet illam immediatè, sicut sacramenta, concedo Majorem. Si causet illam solum mediatè, impetrando dispositionem ad gratiam, seu auxilium ad ponendam talem dispositionem, ut facit hoc sacrificium, nego.

C Ad primam confirmationem, distinguo Majorem : Quod causatur per modum impetrationis, non causatur ex opere operato : si illa impetratio fiat mediâ oratione, concedo Majorem. Si illa impetratio fiat ex vi operis meritorij jam à Christo facti & patrati, nego Majorem. Sacrificium verò Missæ non est impetratorium auxilij ad penitentiam disponens & excitans, mediâ oratione, sed ex vi sua, id est ratione operis quod agitur, & ratione dignitatis tum rei oblatae, tum principalis offerentis, ut suprà ex Tridentino ostendimus : unde quamvis offerens minus principale, nimirum Sacerdos, malus sit, valet tamen ad impetrandum tale auxilium.

D Ad secundam, nego Majorem universaliter sumptam : nam sacramentum Extreme Unctionis non causat infallibiliter sanitatem corporalem, & tamen illam causat ex opere operato ; & sacramentum Eucharistia causat ex opere operato auxilium efficax ad perseverandum, licet non causet illud infallibiliter. Similiter ergo quamvis remissio peccati non causetur infallibiliter in his pro quibus Missæ sacrificium offertur, non sequitur illud non causare remissionem peccatorum ex opere operato, in illis pro quibus offertur ; præsertim cum illi tali effectui sæpe apponant obicem, divinis motionibus & inspirationibus resistendo.

E Dico tertio, hoc sacrificium ex opere operato immediatè remittit penas ex condonatis peccatis sive mortalibus sive venialibus relictas.

Est communis inter Theologos, & probatur primò ex eo quod Tridentinum ubi suprà, dicit hoc sacrificium valere ad remissionem penarum tam pro vivis quam pro defunctis in purgatorio existentibus : Sed isti non potest valere mediatè, impetrando scilicet auxilium quo eliciant actum satisfactorium, ut patet, cum animæ in purgatorio existentes, non sint capaces activæ satisfactionis ; alioquin possent scriptas epurgatorio liberare, sed tantum satis-passionis, vel satisfactionis

si

ab

ab aliis applicata: Ergo hoc sacrificium immediate remittit penas ex condonatis peccatis mortalibus sive venialibus relictas.

89. Probat secundò ex D. Thoma hic quæst. 79. art. 5. in corp. ubi comparans Eucharistiam, ut habet rationem sacramenti, cum eadem, ut habet rationem sacrificii, dicit quod ut est sacramentum, non est instituta ad satisfaciendum, sed ad spiritualiter nutriendum per unionem ad Christum, & ad membra ejus, sicut & nutrimentum unius nutritio &c. In quantum verò est sacrificium, habet vim satisfactivam. Quibus verbis rationem insinuat quâ suaderi potest conclusio: Cum enim sacramenta essent instituta ad producendam gratiam, conveniens fuit ut sacrificium institueretur ad remittendam poenam peccatis condonatis debitam: nam quia remissio poenæ non pertinet ad intrinsecam hominis sanctitatem, sicut remissio culpæ & justificatio; fieri potest per extrinsecam condonationem, absque intrinseca hominis mutatione; & ita hoc sacrificium est valde accommodatum ad hujusmodi effectum, quia sacrificium non solum operatur in offerentibus, sed etiam in his pro quibus offertur, etiam ipsi nihil operantibus aut recipientibus.

90. Dices, D. Thomam loco citato dicere quod hoc sacrificium causat hunc effectum secundum dispositionem subjecti; & secundum quantitatem sue devotionis & fervoris: Ergo non causat hunc effectum immediate ex opere operato, eo modo quo sacramenta producant gratiam.

Respondeo D. Thomam velle, quod sicut sacramenta quæ causant gratiam ex opere operato, conferunt illam in majori quantitate in subjecto magis disposito; ita & hoc sacrificium in subjecto melius disposito, plures gradus poenæ remittit. Unde si ille pro quo offertur, eliciat actum bonum satisfactorium ut quatuor, remittuntur ipsi octo gradus poenæ, ex quibus quatuor correspondent actui satisfactorio, & quatuor ipsi sacrificio.

91. Dico quartò, valde probabile est hoc sacrificium remissionem peccatorum venialium aliquo modo immediate causare.

Explicatur conclusio: Dupliciter possumus excogitare quod hoc sacrificium remittat peccata venialia: Primò mediata, eo modo quo diximus de mortalibus, impetrando scilicet auxilium per quod homo eliciat actum qui sit formalis vel virtualis detestatio venialium; & hoc modo certum est quod saltem remittit venialia: hoc enim ad minus determinavit Tridentinum sess. 22. cap. 1. dum ait quod per hoc sacrificium, passionis Christi salutaris virtus in remissionem eorum: quæ à nobis quotidie committuntur peccatorum applicatur; hoc enim ad minus intelligi debet de remissione mediata, & per modum impetrationis prædicti auxilii. Secundò immediate, idque rursus dupliciter. Primò absque eo quod homo ponat ullum actum detestationis formalis aut virtualis, etiam imperfectæ; & hoc modo non existimo probabile posse remitti peccata venialia per hoc sacrificium; quia venialia non tolluntur de via ordinaria, sine aliqua mutatione hominis. Secundò potest fieri hæc remissio, ita ut homo ponat quidem aliquem actum, sed non ita perfectum, ut ex se sufficiat ad remissionem venialium, & tamen ex vi istius sacrificii remittantur, quod sufficit ad hoc ut hoc sacrificium dicatur immediate remittere venialia; sicut sacramentum

A poenitentia dicitur remittere mortalia immalia ex opere operato, quia remittit etiam illa quæ habet nisi actum attritionis, qui de se immalia est ad remittenda mortalia.

Dico ultimò: Sacrificium Missæ non solum propitiatorium, sed etiam impetratorium, solum valet ad remissionem peccatorum mortalium quàm venialium, sed etiam ad omnia beneficia sive spiritualia sive temporalia obtinenda. Ita definitur in Tridentino sess. cap. 2. & can. 3. ubi non solum dicitur hoc sacrificio placari Deum ad conferendam remissionem, ac dimittenda ingentia & quotidiana peccata, sed etiam posse offerri pro omnibus mortu

B sitatibus. Ratio etiam id suadet: Nam in lege naturæ in lege Moisaica, fuerunt sacrificia non solum propitiatoria, sed & pacifica, sive impetratoria, ut ex Genesi & Levitico notum est: Ergo et sacrificium Eucharistiæ perfectionem illorum minenter contineat; & sit (ut docet Tridentinum sess. citat. cap. 1.) oblatio illa quæ per via sacrificiorum, naturæ & legis tempore, limitibus figuratur, utpote quæ bonalia per se significata, velut illorum omnium continentia & perfectio, complectitur; valet debet, ut solum ad Deum placandum propitiandum, remittendum etiam ad bona spiritualia & temporalia ab ipso impetranda. Unde Chrysostomus homil. 7. in Joan. Pro infirmis, & terra & mari, & universis orbis fructibus sacrificamus.

Ex dictis intelliges, unicum Missæ sacrificium, omnibus antiquæ legis sacrificiis æquivalere, necque eorum differentias & species per se modo modo continere: nam in lege Moisaica quatuor species sacrificiorum, quorum unus vocabatur holocausta, quæ ad solum Deum, & supremi quod in vitam & mortem habet dominij ostensionem, ordinata erant. Alia propitiatoria dicebantur, quæ pro peccatis præstitis offerebantur. Alia erant Eucharistica, ut pro gratiarum actione fiebant. Alia etiam impetratoria, quæ ad nova obtinenda à Deo beneficia referebantur. Verum Eucharistia sacrificium hæc omnia eminentissimo & perfectissimo modo præstat, nam & supremum quod Deum tantum & mortem habet dominij perfectè ostendit, ut art. 2. declaravimus, & peccatorum remissionem impetrat, ut supra ostensum est. Valeat ad reddendas Deo gratias pro acceptis beneficiis, juxta illud Propheta Psalms. Contrastruam Domino pro omnibus quæ veniunt mihi. Calicem salutaris accipiam. Deum per illud innumera bona & spiritualia & temporalia nobis eventiant: Ergo omnes differentias & species veterum sacrificiorum perfectissimo modo continet. Unde Ecclesia sic ait Oratione lecta post septimam Dominicam Pentecostes: Dux qui regium differentiam victimarum, novum sacrificium perfectione sanctificasti. Et Leo papa serm. 7. de Pasione: Per novum expletur sacrificio veterum differentia victimarum. Item Augustinus lib. 17. de civit. cap. 20. Id sacrificium successit omnibus sacrificiis veteris testamenti, quæ immolaebantur in umbra futuri. Idem dicit lib. 6. contra Faustum cap. 5.

D

E

ARTICVLVS V.

Vtrum valor sacrificij Missæ sit infinitus, non solum intensivè, sed etiam extensivè, subindeque oblatum pro pluribus, a què pro suislibet, ac si pro uno tantum offerretur?

Dico primò, valor sacrificij Missæ est intensivè infinitus, quantum ad sufficientiam, licet quantum ad efficaciam, seu ex parte effectus, semper finitus sit.

¶ Prima pars probatur ratione fundamentali: Valor sacrificij sumitur præcipue ex duplici capite, nimirum ex re oblata, & principali offerente; à quo sive immediatè, sive aliorum ministerio, offeratur, eundem semper habet valorem. Sicut & donum collatum à Rege ejusdem valoris est, sive ab ipso Rege immediatè, sive aliorum ministerio conferatur: Sed in Missæ sacrificio, & res oblata, & principale offerens, sunt dignitatis simpliciter infinitæ; nam res oblata in hoc sacrificio est corpus & sanguis Christi, unita hypostaticè Verbo Divino; & principalis offerens, est ipsemet Christus, ut dicitur in Lateranensi sub Innocentio III. in cap. *Firmiter*; & in Tridentino sess. 22. cap. 1. ubi sic habetur: *Idem nunc offerens Sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa*. Propterea Christus vocatur Sacerdos in æternum, sive continuò offerens, à principio Ecclesiæ, usque ad finem sæculi: Ergo valor sacrificij Missæ est intensivè infinitus.

¶ Confirmatur & magis illustratur hæc ratio: Licet sacrificium seu oblatio non habeat infinitatem præcisè ex sola re oblata, aliàs quando B. Virgo in templo obtulit filium, illa oblatio fuisset infiniti valoris, habet tamen res oblata dare infinitatem sacrificio, quando simul conjungitur cum infinitate principalis offerentis: Sed in Missæ sacrificio infinitus valor rei oblata, conjungitur cum infinita dignitate principalis offerentis, scilicet Christi: Ergo valor sacrificij Missæ est intensivè infinitus.

¶ Probatur secundò eadem pars: Sacrificium crucis fuit valoris infiniti quantum ad sufficientiam: Ergo & Missæ sacrificium, valorem intensivè infinitum, quantum ad sufficientiam continet. Consequentia probatur, tum quia sacrificium Missæ est idem numero cum sacrificio crucis, ex parte rei oblata, & principalis offerentis, quamvis in ritu & ratione offerendi ab ea differat, ut docet Tridentinum suprâ relatum. Tum etiam, quia vis satisfactoria ex opere operato est eadem in utroque sacrificio: Christus enim nunc de novo non satisfacit, sed per sacrificium crucis semel satisfecit: & hæc satisfactio applicatur nobis per sacrificium in euentum Missæ.

¶ Secunda verò pars conclusionis, quæ asserit valorem sacrificij Missæ, non esse infinitum quantum ad efficaciam, seu ex parte effectus, & fructus qui ex eo à fidelibus percipitur, evidens est, non enim remittitur tota pœna Sacerdoti offerenti, vel aliis pro quibus offertur, quia sicut in naturalibus causa universalis agit juxta dispositionem subiecti: ita sacrificium Crucis & Missæ, quæ sunt causæ universales in ordine supernaturali, non agunt nisi juxta mensuram dispositionis subiecti. Unde D. Thomas suprâ quæst. 79. art. 5. dicit quod quamvis hæc oblatio ex sui quantitate sufficiat ad satisfaciendum pro omni pœna, tamen

A sit satisfactoria illis pro quibus offertur, vel etiam offerentibus, secundum quantitatem suam devotionis, & non pro tota pœna. Quibus verbis S. Doctor reducit determinationem effectus sacrificij Eucharistici, in dispositionem ejus pro quo offertur, non verò in intentionem Ministri offerentis. Quare diligenter observandum est cum Joannè à S. Thoma disp. 32. art. 3. quod remissio pœnæ ex meritis Christi dupliciter datur in Ecclesiâ, primò per indulgentias ex thesauro Ecclesiæ, secundò per sacrificium Missæ, quatenus habet vim satisfactoriam ex opere operato intensivè infinitam, fundatam in valore passionis Christi, & sacrificij crucis, ut diximus. Primo modo determinatur remissio pœnæ, juxta intentionem applicantis, non juxta devotionem recipientis. Unde in concessione indulgentiarum ipsi Pontifices determinant quantitatem hujus remissionis, quia aliquando concedunt plenariam indulgentiam, quæ remittit totam pœnam; aliquando verò concedunt solum tot annos, vel tot dies: in sacrificio verò Missæ Sacerdos offerens Missam pro aliquo, non determinat quantitatem pœnæ, quæ per hoc sacrificium remittenda est, neque hoc arbitrio ejus relinquitur; aliàs unico sacrificio totam pœnam tollere posset, subindeque applicatio unius Missæ, indulgentiæ plenariæ posset æquivalere; sed talis determinatio provenit ex dispositione & devotione illius pro quo celebratur Missæ sacrificium, illique commensuratur.

Dico secundò, Missæ sacrificium habet valorem satisfactorium infinitum non solum intensivè, sed etiam extensivè. Non enim solum potest satisfacere pro omni pœna debita peccatis sive mortalibus sive venialibus; sed etiam pro pœna debita peccatis infinitorum hominum, si darentur: cum enim sit idem cum sacrificio crucis, ex parte rei oblata, & principalis offerentis, & vis satisfactoria ex opere operato eadem sit in utroque sacrificio, eandem habet cum illo infinitatem, sive intensivam, sive extensivam. Unde

Dico tertio, hoc sacrificium oblatum pro pluribus, æquè prodest cuilibet, ac si pro uno tantum offeratur.

Hæc conclusio sequitur ex dictis in præcedentibus: si enim valor sacrificij Missæ intensivè & extensivè infinitus sit, nihil tollitur de fructu debito devotioni illius pro quo offertur, per hoc quod pro aliis offeratur, cum infinitus valor nunquam exauriri possit: ut bene expendit Cajetanus tomo 3. opuscul. tract. 3. quæst. 2. his verbis: *Quoniam ex parte rei oblata est infinitas in hoc sacrificio, & per unicam devotionem non exauritur, nec minuitur, consequens est, ut non solum pluribus, sed infinitis devotionibus, unicuique sacrificium sufficienter respondeat, cuilibet certam pariendo satisfactionem. Nihiligitur adimitur alicui facienti pro se offerre hoc sacrificium ex quantitate effectus hujus sacrificij secundum se, & applicari ad ipsum, ex hoc quod alter procuraret eandem pro se dici (scilicet Missam) nec de converso, sed unicuique respondet tantundem, quantum si pro se solo diceretur: quia unicuique sufficienter & efficienter, juxta quantitatem devotionis suæ. Et hic quæst. 79. art. 5. hæc scribit: *Una Missa non perdit vim satisfactionis suæ pro primo offerente, ex hoc quod pro secundo, tertio, quarto, quinto, &c. offertur: Sicut quantitas devotionis unius, nihil tollit de quantitate devotionis alterius. Unde arguendi, instruendique**

S. Ij

simul

simul sunt homines ignorantes petentes, vel exigentes pro sua elemosyna totam sibi Missam dari, aut suo defuncto: nihil enim minus ipse habebit, si mille alii petant eandem Missam pro se ipsis & aliis defunctis, quam si pro ipso solo celebrari dicitur: imò ex huiusmodi ind devotione sic petentis, damnum videtur incurrere, quòd minus sibi proderit.

101. Confirmatur: Quando Sacerdos generaliter offert Missam pro circumstantibus, etiam si circumstantes sint multi, non minus singulis prodest, quam si quilibet eorum solus adesset; alioquin procurandum esset audire Missam cui nullus alius assistat, & melius esset audire Missam privatam, cui paucissimi assistunt, quam publicam & solemnem cui assistit omnis populus: Ergo similiter, quando Sacerdos applicat Missam pro pluribus nominatim & in particulari, pro se celebrari postulantibus, æquè prodest cuilibet eorum, ac si pro uno tantum offerretur.


102. Argumenta quæ contra istas conclusiones à quibusdam Recentioribus objici solent, levissima sunt, & ex dictis dilui possunt. Obijciunt enim primò: Sacrificium Missæ non est ita perfectum, ac sacrificium crucis: Sed si esset infiniti valoris quoad sufficientiam, esset æquè perfectum, unum enim infinitum non est majus sive perfectius altero: Ergo sacrificium Missæ non continet infinitum valorem.

Secundò, Si sacrificium Missæ sit valoris quoad sufficientiam infiniti, sequuntur duo inconvenientia, nempe quòd cum quis petit plures Missas, sufficit pro illo unam Missam offerre, in infinito enim non est opus multiplicatione. Item posset Sacerdotem pro eadem Missa plura stipendia, lege vel consuetudine taxata, à diversis accipere; nam, ut diximus in tertia conclusione, cuique æquè proderit, ac prodesset uni, si pro eo solo offerretur, & sic nulli in eo casu fiet injuria.

103. Sed ad hæc facile respondetur: Ad primum enim, nego Majorem, nam cum perfectio essentialis sacrificij desumatur à re oblata, & à principali offerente, & idem sit principalis offerens, eademque res oblata in sacrificio crucis & in sacrificio Missæ, mirum videri non debet, si dicantur æqualis perfectionis essentialis, quamvis accidentaliter in modo offerendi differant.

Ad secundum respondeo, quoad primum inconvenientiens, non sequi ex nostra doctrina; licet enim sacrificium Missæ sit valoris quoad sufficientiam infiniti, quia tamen ejus effectus limitatur devotione offerentis, & ejus pro quo offertur, prodesse possunt magis plura Missæ sacrificia, quam unum.

104. Quantum verò ad secundum inconvenientiens, nego etiam illud sequi ex nostra doctrina: Tum quia stipendia non dantur celebranti tanquam pretium fructus sacrificii, sed tanquam elemosyna ad vitam sustentandam, vel tanquam pretium ministerij quòd exhibet, cui tanta compensatio non debetur, sed ea solum quæ est taxata à lege, vel à consuetudine. Tum etiam quia intentio tribuentis stipem, non solum est, ut sibi sacrificij fructus applicetur, sed etiam ut frequentatione Missarum, divinus cultus augeatur, & tam vivorum, quam defunctorum animæ, plurimorum sacrificiorum suffragiis juventur. De quo plura articulo sequenti.



Dico breviter, Sacerdotes qui suas Missas ligatas non habent, stipendium aliquod pro Missa dicenda accipere posse.

Ratio est, quia lex justitiæ postulat, ut qui tibi deservit, de altari vivat; ut dicitur 1. ad Corinth. 9. & quod hi qui in bonum aliorum operantur, spiritualia ministrando, mercedem ab illis sustententur. Unde Glossa Augustini super illud 1. ad Timoth. 5. Qui bene presunt Presbyteris, ait: Accipiant sustentationem necessariam & pro mercedem dispensationis à Domino. Ex quo colligit S. Thomas 2. 2. quæst. 87. art. 1. quòd decimas ministris Dei, in ipsorum vitæ sustentationem, sit de jure naturæ, quamvis determinatio ad certam taxam, sit de jure positivo. Unde sequitur, non solum Sacerdotes pauperes, sed etiam divites, posse pro Missa stipendium accipere; quia hoc non datur Sacerdoti solummodo paupertatis & elemosynæ necessitate ad honestam vitæ sustentationem, sed etiam titulo ministerij quòd exercet: unde sicut miles alius divitibus justè accipit suæ militiæ stipendium, nam quæ militat suis stipendius unquam? 1. ad Corinth. 9. & sicut Sacerdotes, quamvis divites, justè accipiunt decimas; ita & Missæ stipendium justè accipere & exigere.

Dixi Sacerdotes qui suas Missas oblique non habent, quia illi qui aliquo justo titulo teneantur, non possunt illis diebus quibus tenentur celebrare, stipendium pro Missa recipere, ut determinavit Sacra Congregatio Concilii anno 1626. his verbis: Sacerdotes quibus debetur tunc Missas celebrare, ratione beneficii, seu capelle, legati, aut salarii, seu elemosynas etiam pro aliis Missis celebrandis suscipiant, non possunt eam Missam utrique obligationi satisfacere. Ex quo intelligitur primo, quòd cum Parochi, diebus festis, teneantur sacrificium offerre pro suis oribus, & ad hoc jam habeant stipendium stabile, ratione beneficii, ad huiusmodi Missas celebrandas, non possunt justo titulo stipendium exigere. Nihil tamen illis diebus quibus pro oribus celebrare tenentur, huic obligationi per alium satisfacere; tunc enim stipendium pro Missa recipere possunt, licet & aliis diebus quibus pro suis oribus celebrare non tenentur.

Intelliges secundò, in prædicto Missarum stipendio, nullam intervenire simoniam, quia stipendium non datur pro ipsa Missa, & veluti pretium ejus, sed vel pro sustentatione Ministerij, aut pro ipso externo ministerio, quæ sunt aliquid temporale. Pro ministrandis vero aliis sacramentis non potest, etiam titulo sustentationis, aliquid recipi; quia Ecclesia sustentationem Ministerij, in Missarum oblatione, non verò in aliis ministeriis sacris designavit, & pro ministrandis aliis sacramentis, sufficienter provisit & ministris, per decimas, & primitias, aliosque redditus Ecclesiasticos, vel per generales elemosynas quæ dantur regularibus. Unde in Rituali Pauli V. in Rubrica de sacramentis in genere, statuitur quòd non possit aliquis recipere quidquam in ministracione sacramentorum, nisi in casu quòd aliquid gratè datur, post administrationem factam, & sit in casu, & non prohibeatur ab Episcopo.

188 Tertiò ex dictis intelliges, iustum Missæ stipendium non debere mensurari penes valorem sacrificij, qui (ut diximus articulo præcedenti) infinitus est; neque penes effectum quem percipit qui dat stipendium, quia illæ res sunt quid spirituale: sed vel ex lege Ecclesiastica taxante, vel ex iusta & rationabili consuetudine, vel si hæc deficient, ex honesta & frugali Sacerdotis in unum diem sustentatione. Nec placet aliquorum sententia, quid extendunt, non solum ad Sacerdotis sustentationem, sed reliquarum etiam personarum, quæ in ejus famulatu occupantur, imò & cognatorum: adduntque posse Sacerdotem exigere stipendium sufficiens, non solum ad victum, sed etiam ad vestitum, & reliqua vitæ humanæ necessaria, usque ad ipsa Sacerdotis debita solvenda, cum ista aperte redoleant avaritiam.

189 Quæres primò, an possit quis recipere plura stipendia pro Missis, & postea distribuere alijs, retenta sibi aliqua parte, dummodo iustum stipendium tribuat? v. g. recipit quis Parisiis triginta asses pro una Missa, & postea jubet alteri illam dicere, dando illi quindecim asses, juxta taxam Diocesis Parisiensis; quæritur an possit hoc iuste fieri? Affirmant Suarez hic disp. 86. sect. 3. Emanuel Sa, alique ex recentioribus Casuistis: quia (inquiunt) nulli sit injuria in hoc, nec danti stipendium, quia assignatur ei una Missa, sicut eam petivit; nec Sacerdoti illam dicenti, quia datur ei iusta elemosyna & stipendium, juxta taxam & consuetudinem Diocesis Parisiensis.

190 Hæc tamen sententia, neque est probabilis, neque tuta. Primum ex eo patet, quod Sacerdos ille qui triginta asses pro una Missa recepit, non habet jus retinendi dimidiam partem hujus pecunie; nec titulo gratuito, quia illi non fit donatio talis partis à vero domino; neque titulo oneroso, quia ipse non subijt onus dicendi Missam: neque ratione Ministerij in quarendo Sacerdotem, quia sua voluntate id facit, eò quod non vult dicere illas Missas: neque ille labor est tanti momenti, ut debeat retinere illam partem: unde facit injuriam & vero domino qui triginta asses pro celebratione Missæ assignavit, & Sacerdoti dicenti illas Missas, quia sine consensu illorum, retinet sibi partem destinatam stipendio Missæ.

191 Secundum verò, nimirum quod sententia illa tuta non sit, constat ex decisione sacra Congregationis Concilij die 21. Julij anni 1625. quæ definit, non posse Sacerdotem, majore accepto stipendio pro Missæ celebratione partem retinere. Verba ejus sunt: *Sacra Congregatio omne damnabile iurum, ab Ecclesia removere videtur, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certâ elemosyna, ne eandem Missam alteri, parte ejusdem elemosyna sibi retenti, celebrandam committat.*

192 Advertendum tamen est, quod qui habet Beneficium, cui est annexum onus Missarum, si commendat alteri Sacerdoti illas Missas, non tenetur dare stipendium ad rationem reddituum Beneficij, sed sufficit quod tribuat elemosynam congruam, secundum morem illius loci, nisi aliud in fundatione caveatur. Ita resolvit eadem sacra Congregatio in decretis de celebratione Missarum dubio 8. Ratio verò discriminis inter Beneficiarium & alium simplicem Sacerdotem, alteri Missas commendantem, manifesta est, nam ut supra dicebamus, simplex Sacerdos cui pingue stipendium pro celebratione unius Missæ tributum

A est, nullum habet jus ad recipiendum sibi partem illius, assignando aliam alteri cui Missam commendavit: Beneficiarius verò ad hoc titulum habet, scilicet Beneficium, cui alias est annexum onus recitandi divinum officium, & alia similia onera. Unde quando commendat Missas alii, tanquam proprius dominus id facit, & sic non tenetur nisi consuetam elemosynam dare.

Quæres secundo, utrum si perentes Missam, non dant iustum stipendium, possit Sacerdos à diversis tot parva stipendia accipere, ut adæquant unum iustum, & pro illis unam solum Missam celebrare? Affirmant multi Casuistæ, quia (inquiunt) tunc fit injuria Sacerdoti, & ipse potest se indemnem servare, quamvis promiserit pro quolibet Missam celebrare: sicut famulus & operarius, cui condignæ merces non tribuitur, potest damnum suum, ut potuerit, rescire; etiam si in principio ob paupertatem coactus sit pacisci, pro injusto & inæquali stipendio; & similiter qui ob necessitatem cogitur triticum emere injusto pretio, potest sine injustitia, aliâ viâ se indemnem servare.

Hæc sententia attento jure naturali, videtur satis probabilis. Sed post determinationem, seu prohibitionem prædictæ Congregationis Concilij, nec est tuta, nec ad praxim reducenda. Verba prohibitionis hæc sunt: *Deinde pro pluribus Missis, etiam ejusdem qualitatis celebrandis, plura stipendia, quantumcumque incongrua & exigua, sive ab una, sive à pluribus personis collata fuerint, aut conferantur in futurum Sacerdotibus, Sacra Congregatio sub ebriestatione divini iudicij mandat ac præcipit, ut absolute tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributa elemosyna præscripta fuerint; alioquin graviter peccant, & ad restitutionem tenentur.*

Quæres tertiò, an possit aliquis anticipatè dicere Missas pro his qui sibi offerunt postea stipendia; & ita quando dantur elemosyna, satisfacere applicando Missas jam dictas illâ intentione? Affirmant plures ex recentioribus Casuistis, quos refert Martinez à Prado hic dubio 13. §. 6. ut hac piâ opinione (inquiunt) subveniatur pauperibus quorundam Sacerdotum, qui dum assignata stipendia non habent, quando Missas celebrant, earum applicationem sibi in futurum reservant, accepturi stipendia ab iis qui in futurum à se Missas petierint; nam in potestate Sacerdotis videtur esse sacrificij fructum suspendere.

Verum quia multa sunt quæ hanc sententiam periculosam reddunt, examinari cepta est à Sacra Congregatione Concilij sub Clemente VIII. anno 1605. & postea tempore Pauli V. damnata; scriptique Sacra Congregatio ad Nuntium Apostolicum in Hispania, ubi hæc consuetudo vigeat, ut in omnibus illius regni provinciis, tanquam pluribus nominibus periculosa, fidelium scandalis, & offensionibus obnoxia; atque à vetusto Ecclesiæ more nimium abhorrens, prohiberetur. Quæ prohibitio extat inter responsa Congregationis.

Quæres quarto, an possit Sacerdos duplex stipendium pro unica Missa accipere, unum quidem pro applicatione fructus mediij, quem pro determinatis personis, ex usu Ecclesiæ, celebrans offerre solet; & alterum pro applicando alteri fructu sibi proprio, cui ipse renuntiat, & cedit alteri?

Affirmativè respondent plures ex recentioribus Casuistis, quos referunt Martinez à Prado ubi supra §. 5. & Angelus Marià Vericelli, quæ

stionum moralium Tra&. 2. quæst. 29. Sed alii communiter hanc sententiam ut falsam & scandalosam reiciunt: Tum quia valde incertum est, an possit fructus ille Sacerdoti proprius, qui spiritualis, vel specialissimus dicitur, alteri applicari: videtur enim esse beneficium personale, & alteri incommunicabile. Tum etiam, quia esto applicabilis sit, valde tamen scandalosum est, quod Sacerdos huic fructui spirituali propter modicam pecuniæ summam renuntiet, & rem spirituales in avaritiæ turpeluturum commutet. Unde merito hæc sententia à Sacra Congregatione Concilii die 25. Januarii anni 1659. proscripta & prohibita fuit, decreto sequenti.



Declaratio Sacrae Congregationis Concilii SS. D. N. Alexandri Papæ VII. iussu edita, super secundo Decreto ejusdem Congregationis, de celebratione Missarum.

„CUM Auctores nonnulli scriptis suis, etiam
„typis editis, asseruerint, Sacerdoti pro alio
„Missam, receptâ elemosynâ, celebranti, li-
„citum esse, aliam elemosynam quoque accipe-
„re ab altero, cui partem illam fructus, seu va-
„loris ejusdem sacrificij, ipsimet celebranti de-
„bitam (specialem nuncupatam) applicet: ac
„proinde hunc casum sub decreto Sacrae Con-
„gregationis Concilii, prohibetæ duplex pro
„unica Missa stipendium, seu elemosynam re-
„cipi, non esse comprehensum. Propterea Sa-
„cra Congregatio Eminentissimorum & Reve-
„rendissimorum D. D. S. R. E. Cardinalium,
„Concilii Tridentini Interpretum, quæ, aucto-
„ritate sibi per Apostolicam Sedem specialiter
„attributa, sedulo curat, ne à Sacerdotibus cir-
„ca celebrationem Sacrosancti Missæ sacrificij,
„unde in nos uberrima divinæ liberalitatis mu-
„nera derivantur, avaritiæ labes ulla, aut suspicio
„contrahatur: ante dictam assertionem maturè
„examinavit, eademque prorsus reprobata, sub
„die 25. Januarii 1659. censuit: Nullis Sacerdo-
„ti licitum esse, præfata ratione, sive prætextu,
„aliam elemosynam accipere, præter illam quam
„accepit ab eo, pro quo Missam offerre tenetur.
„Ac proinde casum hunc esse comprehensum in
„Decretis alijs per eandem Sacram Congregatio-
„nem Concilii editis, quibus prohibetur, ne duplex
„stipendium pro unica Missa recipiatur.

„Quam Sacra Congregationis sententiam
„ad Sanctissimum Dominum N. Alexandrum Pa-
„pam VII. relatam, Sanctitas sua, sub die 29.
„ejusdem mensis approbavit, & Decretum pu-
„blicari, atque ad Episcopos, & Generales Re-
„gularium Ordinum transmitti iussit, ut ipsi
„doctrinam hujusmodi per suos Penitentiarios,
„& Confessarios, ac Lectores, respectivè, infi-
„nuari, doceri, atque in Tractatibus Moralibus
„per eosdem imprimendis, evulgari, pastoralis vi-
„gilantiâ curent.

F. Card. Paulinus Præfatus.

*C. de Vecchiis Episcopus Clusinus,
Sacra Congregationis Concilii
Secretarius.*

A Ad majorem hujus perutilis materie clarifica-
tionem, & aliorum casuum resolutionem, quæ
quæ ab omnibus fere Theologis & Canonis-
tis admittuntur, breviter hic observanda sunt. Pri-
mò, eum qui accepit stipendium pro celebratione
Missæ peculiari B. Virginis; aut alicujus Sancti
die; saltem nisi stipendium notabiliter augere
propter illam conditionem; meliusque esse
facere diebus festis, aut duplicibus; quam
est servare ordinem Missalis, quam ob perver-
sionem devotionem illum invertere. Secundo, cum
ratione fundationis, aut stipendij, debet
celebrare, satisfacere dummodo aibi celebrare
nisi qui stipendium dat, aut fundator id voluit,
propter specialem cultum illius loci, vel comu-
nitatem populi, ut ibi sacrum audire possit, vel
ob decus & memoriam suæ familiæ, ad quæ
locus pertinet. Tertio, posse augeri stipen-
dium, ex rationabili causa, & Sacerdotem illud
exigere, ut pro labore extraordinario eiusdem
Ecclesiæ longinquam, vel expectandij longo
tempore, vel celebrandi summam, cum locum
incommodum. Similiter est in usu rationabili,
majus exigere stipendium pro Missa solenni
cantu, quia ultra Missam, debet elemosyna
pro cantu, & pro assistentia vel Capilli vel Com-
munitatis Religiosorum.

C Demum observandum est, quod cum in præ-
fatis Congregationis Concilii decretis, situm
prohibetur quod accipiantur plura stipendia pro
una Missa, non verò quod illa pro pluribus
stipendio gratis applicetur: Sacerdos obsequi
ex stipendio accepto ad celebrandum pro aliquo
potest ex charitate, vel gratitudine, pro par-
tibus, amicis, vel benefactoribus, eandem Missam
applicare. Quod maxime (inquit Lezana) in
tandem est pro Regularibus, quia ipsi septem
Conventibus pauperibus tenentur pro aliquo
propter stipendia accepta semper celebrare, et
tamen sæpius occurrunt causæ propter quas de-
beant etiam pro alijs, saltem ex charitate, vel
Constitutionibus Ordinum, aut præceptis Superi-
orum, Missam offerre: ut contingit si mori-
tur, aut in gravi aliqua necessitate constituitur
eorum parentes, consanguinei, fratres ejusdem
Religionis, amici, protectores, patroni, bene-
factores &c. Tunc enim ex charitate vel gra-
titudine sacrificium offerre possunt pro illis, et
alijs pro Missa celebranda stipendium accep-
erint.

ARTICVLVS VII.

*Præcipua Missæ ceremonia, breviter
explicatur.*

A D complementum hujus disputationis, hujus
totius Tractatus de Eucharistia, superius
ut præcipuas Missæ ceremonias breviter expli-
cemus: de quibus eruditè ac perspicuè agit S. Tho-
mas art. 4. hujus quæstionis, ubi ostendit, hoc Sa-
cramentum majori cum dignitate, quam cetera
omnia celebrari: quia totum salutis nostræ mys-
terium in eo comprehenditur. Ac primò quidem
ante illius celebrationem præmittitur quædam
præparatio ad dignè agenda ea quæ sequuntur
juxta illud Ecclesiastici 4. *Custodis pedem tuum
ingrediens domum Domini.* Cujus præparatio
una pars est confessio, juxta illud Proverb. 28.
Iustus in principio accusator est sui. Altera pars

est laus divina, quæ fit in Introitu, secundum illud Psalmi 49. *Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare Dei.* Sumiturque ordinariè ex Psalmis, quia ut ait Dionysius cap. 2. Eccles. Hierarchiæ Psalmi comprehendunt per modum laudis quicquid in Sacra Scriptura continetur.

121. Secundò fit commemoratio præsentis miseriæ dicendo novies Kyrie aut Christus eleison, ter scilicet pro qualibet Personarum Divinarum, & ad significandum Personas divinas esse in se invicem per circum inflectionem: originale, veniale, mortale; cogitationis, loquutionis, perpetrations; fragilitatis, ignorantie, malignitatis, ut ait Innocentius III. lib. 2. de mysteriis Missæ cap. 19. Græcè autem dicitur, propter quatuor causas, inquit Albertus Magnus Tract. 1. de Sacrificio Missæ cap. 2. Primò quia sapientia primùm apud Græcos floruit. Secundò, quia leges apud eosdem primò viguerunt. Tertio, quia primi ex Gentilibus Evangelium audierunt. Quarto, quia ex illis ad nos fides ac religio Christiana derivata est. Vel ut ait Augustinus Epist. 178. ut ostendatur una Dei misericordia universis indifferenter Nationibus imploranda: sicut *apud eos ad consubstantialitatem fidei exprimendam, Latine usurpamus, quia Trinitas est ab omnibus indifferenter confitenda.*

122. Tertio commemoratur cœlestis gloria, ad quam tendimus post præsentem & vitam & miseriam, dicendo *Gloriam excelsis Deo*, qui hymnus cantatur in Festis, in quibus commemoratur cœlestis gloria, non autem in officiis luctuosis, quæ ad commemorationem præsentis miseriæ pertinent.

123. Quarto Sacerdos salutatur Populum verbis illis, *Domine vobiscum*, qui salutandi modus sumitur ex Scriptura Ruth. 2. & 2. Paralipom. 15. & Lucæ 1. Populusque respondet, *Et cum spiritu tuo*, quò precatur Deum esse quoque cum spiritu Sacerdotis, illique assistere ad peragendum sacrificium, aut velle se cum illius spiritu coniungi. Quæ cæremonia antiquissima est, ejusque meminit Concilium Braccarense Can. 21. ubi illam à traditione Apostolica fluxisse testatur, & Chrysostomus homil. 18 in epist. ad Corinth. ubi sic ait: *Bene precatur Sacerdos populum, & bene precatur populus Sacerdotem. Nam (cum spiritu tuo) nihil aliud est quam hoc, &c.*

124. Quintò Sacerdos Orationem pro populo facit, ut digni habeantur omnes tantis mysteriis: quæ Oratio *Collecta* vocatur, vel quia fit nomine totius Populi in unum collecti cum spiritu Sacerdotis: vel quia Sacerdos omnium rationes compendiosè colligit. Unde in fine hujus Orationis, seu *Collectæ*, Populus respondet, *Amen*, id est fiat sicut postulasti.

125. Sextò, cum Eucharistiæ mysterium sit Sacramentum fidei, populus de mysteriis fidei instruitur primò per doctrinam Prophetarum & Apostolorum, dictam vulgò Epistolam, deinde perfectiùs per lectionem Evangelii, quò finito, recitatur Symbolum fidei, diebus Dominicis, & præcipuis Festis, ad profitendum nos credere doctrinæ Christi per Evangelium annuntiatae.

126. Hæc omnia olim appellabantur Missa Catechumenorum, quia eò usque licebat illis interesse celebrationi Missæ. Unde post verbum Dei prædicatum, & Symbolum recitatum, antequam Sacerdos ad consecrationem se præpararet, à Diacono Catechumeni dimittebantur, verbis illis,

A *hie Missa est.* Quibus dimissis secunda pars Missæ inchoabatur, quæ Missa sacrificii appellabatur, & ab Offertorio incipiebat, quò Sacerdos sacrificii mox futuri oblationem Deo facit, & postea altare thurificat: quam cæremoniā Divus Thomas hic art. 5. ad 2. ad duo pertinere dicit. Primò quidem ad reverentiam hujus sacramenti, ut scilicet per bonum odorem depellatur si quid pravi odoris in eo loco fuerit. Secundò ad representandum effectum gratiæ, quæ sicut bono odore Christus plenus fuit, & à Christo derivatur ad fideles, ministerio & interventu Sacerdotum, juxta illud 2. ad Corinth. 2. *Odorem nostræ suæ spargit per nos in omni loco.* Addo ex Philone Carpathio in illud Canticorum: *Ex aromatibus mirræ & thuris, per thurificationem moneri fideles, ad cœlestia ferventi desiderio ascendere, instar fumus ethure incenso ascendens, & ut ejus verbis utar, Cor sum signum veluti thuribulum coram Deo odoratissimum facere, in quo quidem corde, cum per amorem virtutes colligimus, quasi carbones in thuribulum congerimus, quibus seipsam mens in conspectu Dei igne charitatis accendat. Dumq; ferventes & mundas orationes ad Deum emittit, quasi fumum aromaticum ex thuribulo exhalat.* Et ex Hilario in Psalm. 140. circa illa verba, *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo*, significari devotionem celebrantis & assistentis debere ad Deum esse directam, puram, & rectam, Et ex Augustino, vel alio apud ipsum, tomo 9. homil. 6. in Apocal. thuribulo Christum significari: *Cuius corpus sanctum (inquit) thuribulum aureum est, ex quo Deus Pater passionis incensum, odorem suavitatis accepit.*

Thurificato altari, Sacerdos digitos abluit, propter reverentiam huius Sacramenti. Et hoc dupliti- 127
ter (inquit S. Thomas hic art. 5. ad 1. Primò quidem, quia aliqua pretiosa tractare non consuevimus, nisi manibus ablatis, unde indecens videtur quod ad tantum Sacramentum aliquis accedat, manibus etiam corporaliter inquinatis. Secundo, propter significationem, quia ut Dionysius dicit cap. 3. Eccles. Hierarchiæ: extremitatum ablutio significat emundationem etiam à minimis peccatis, secundum illud Ioan. 3. *Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet.* Et talis emundatio requiritur, ab eo qui accedit ad hoc sacramentum. Similia habet Germanus Constantinopolitanus in Theoria seu contemplatione rerum Ecclesiasticarum, tomo 12. Bibliothecæ Patrum: *Ablutio manuum (inquit) est ejus vice qui se lavit in clamans, Innocens sum: Nobis autem Sacerdotibus insinuat, ut purè mente, conscientia, cogitatione, (quæ sunt manus nostrarum animarum) cum timore, mansuetudine, ac moderatione accedamus ad mensam sanctam &c.* Alludit porro ad Pilatum, qui ante Christi crucifixionem, quam Sacramentum istud memoriale representat, lavit manus coram populo dicens, *innocens ego sum à sanguine iusti huius, Matthæi 27.*

Ablatis digitis Sacerdos præparat se ad consecrationem, quæ cum fit actio supernaturalis, totiusque naturæ vires transcendens, auxilium precum ad illam ritè peragendam petit à fidelibus, & convertens se ad populum ait: *Orate fratres ut meum ac vestrum pariter in conspectu Domini sit acceptum sacrificium*, & orans paululum lecretò, per præfationem excitat populum ad fervorem devotionis & ad mentem sursum attollendam, & finitâ præfatione, devotè laudat Divinitatem Christi, cum Angelis dicens: *Sanctus, Sanctus,*

Sanctus, & humanitatem cumpueris, subdens:
Benedicti in qui venitis in nomine Domini.

129 His peractis inchoat Canonem in quo fit commemoratio Summi Pontificis, Episcopi, Regis, aliorumque qui in sublimitate sunt constituti, & specialiter eorum pro quibus offertur sacrificium: deinde Sanctorum, quorum patrocinia Sacerdos implorat pro praedictis, cum dicit, *Communicantes & memoriam venerantes*, & petitionem concludit dicens: *Ut hac oblatio sit illis pro quibus offertur salutaris.* Postea ad ipsam consecrationem accedit, in qua primo petit consecrationis effectum, cum dicit: *Quam oblationem tu Deus benedictam, adscriptam, ratam, rationalem, acceptabilemque facere digneris.* Quae verba (ut exponunt Alcuinus, Innocentius III. Hugo Victorinus, D. Thomas, & alii) significant, Sacerdotem à Deo petere, ut ipse oblationem ejus consecrando, benedictam ex prophana efficiat: eandemque approbando, faciat adscriptam, id est adscribat & numeret inter dona quae ipsi probantur: confirmando ratam efficiat, id est stabilem & firmam, ut fructum certum & perpetuum ad nos referat: rationabilem quoque faciat, ut non solum bona, sed etiam bene, rationabiliter, & prudenter offeramus, ac sit rationale obsequium nostrum, juxta Apostolum ad Roman. 12. Denique acceptabilem faciat, id est, ita undique bene se habentem, non solum ex parte doni, sed etiam ex parte ministri offerentis, ut digna sit quae à Deo acceptetur. Secundo Sacerdos consecrationem peragit per verba Salvatoris, cum dicit: *Qui pridie quam pateretur.* Tertio excusat praesumptionem, per obedientiam ad mandatum Christi, subdens: *Vnde & memores.* Quarto petit hoc sacrificium peractum esse Deo acceptum, cum ait: *Supra quae propitio ac sereno vultu respicere digneris, &c.* Quinto petit huius sacrificii & Sacramenti effectum, cum sibi & aliis communicantibus, vel assistentibus, tum etiam mortuis, ut illis profuit ad refrigerium & levamen poenarum.

130 Notandum verò est, Sacerdotem multiplex signum crucis facere super oblata, ante & post consecrationem, de quo fusè D. Thomas art. 5. ad 3. Alcuinus in libro de celebratione Missae, Amalarius lib. 3. de Officiis Ecclesiasticis cap. 24. Innocentius III. lib. 3. de officio Missae cap. 11. & Micrologus cap. 14. ubi observat ejusmodi signa fieri semper aut semel aut numero impari, ter scilicet, aut quinquies. Semel propter essentia unitatem. Ter propter Trinitatem personarum. Quinquies propter vulnera Christi Domini, & expressam representationem passionis ipsius. Notat etiam S. Thomas, signa crucis quae fiunt super oblata ante consecrationem, fieri ad benedicendum & consecrandum materiam, ea verò quae fiunt super ipsum corpus & sanguinem Christi post consecrationem, non fieri ad benedicendum materiam, quae jam consecrata est, sed solum ad commemorandum virtutem crucis, & modum passionis ejus. Porro usum signi crucis in Sacramentorum celebratione antiquissimum esse, constat ex Cypriano vel alio ejus contemporaneo, in libro de Baptismo Christi, ubi sic ait: *In cruce Domini gloriamur, ejus virtutem omnia peragunt Sacramenta: sine quo nihil aliud est sanctum, nisi quae aliqua consecratio mereatur effectum.* Et ex Chrysostomo homilia 55. in cap. 16. Matthaei, ubi haec scribit: *Hoc signo crucis consecratur corpus Dominicum, sanctificatur fons Baptismatis, initiantur etiam Presbyteri, & ceteri gradus Ecclesiastici, & omnia quaecumque*

A *sanctificantur, hoc signo Dominica crux, in invocatione Christi nominis, consecratur, Augustinus etiam Tractatu 18. in Joann. ubi quodales regenerantur: sive oleo, quo Christus unguntur; sive sacrificio, quo aluntur, nihil eorum perficitur.*

Insuper notandum est, duplicem fieri consecrationem, in Offertorio, ut vocatur: cuius mentio fit in omnibus fere liturgiis, & convenit sacrificio: quia de causa consecrationis stamento veteri elevari coram Deo ea quae offerebantur in sacrificium, ut dicitur Levitici 8. & 9. aliisque locis. Alteram verò consecrationem, tum ut hostia populo ostenderetur adoranda proponatur; tum etiam ad representandum Christum in cruce exaltatum & tantum, ut ait S. Germanus Constantinopolitani plures referunt illud Psalmi 71. *Erexit pavimentum in terra in summum montem, id est in altarebraum, Erig pignus vel particula frumenti capite montium;* & juxta interpretationem Rabbi Jonatae, qui vixit ante Christum, *Placuit apud Deum sacrificium in caputibus Sacerdotum qui juxta Ecclesiast.* De quo super.

C Tertio observandum est ex D. Thoma hic art. 4. ad 9. quod quando Sacerdos post consecrationem ait: *Iube hac perferris per manus sancti altaris in sublimi altare tuum:* Non peragitur quod species Sacramentales deferantur in altare, neque corpus Christi, verum, quod ibidem definit: sed petit hoc pro corpore mystico, scilicet orationes Sacerdotis & populi, Angeli, assistens divinis mysteriis, Deo representant secundum illud Apocalypsis 8. *Ascendit juba, incensorum de oblationibus Sanctorum, de tribu Angel.* Sublime autem altare Dei dicitur, vel ipsa Ecclesia triumphans, in quam transit, petimus, vel ipse Deus cujus participatio committitur: De hoc enim altari dicitur Exodus 25. *ascendes ad altare meum per gradus:* id est, secundum Glosam) in Trinitate gradum facies. Vnde per Angelum intelligitur ipse Christus, cuius Magni Consilii Angelus, qui corpus suum mystice Deo Patri conjungit & Ecclesiae triumphanti. Quam interpretationem indicat etiam Augustinus Gemmae animae lib. 1. de antiquo Missae sacramento cap. 106. alteram verò de Angelico ministerio processiones nostras ad Deum transmittentes, Christi quae nos missione, tradit Innocentius III. lib. 5. de mysteriis Missae cap. 6. his verbis: *Per manus Angelorum, hoc est per ministerium Angelorum, secundum illud quod ait Angelus ad Tobiam: Quod vis habes Deum cum lacrymis, oblati etiam sunt Domino.* Et paulo infra: *Hinc etiam credendum apparet, quod Angeli semper in sacrificiis praesentibus assistunt.* Quod paulò ante ostenditur ex Gregorio 110 lib. 4. Dialogorum cap. 58. dicente: *Quod habet dubium possit in ipsa immolatione, ad Sacerdotis vocem caelos aperiri, in illa ipsa Christi mysterio, Angelorum choros ad se, terrae velibus jungi, unum quid ex visibilibus atque invisibilibus fieri.*

E Denique ad pleniorum Canonis intelligentiam Advertendum est quod quando Sacerdos in commemoratione defunctorum orat pro animis fidelium, qui nos praecesserunt cum signa sancti, & dormiant in somno pacis, & à Deo peti, ut

latum refrigeriū lucis, & pacis obtineant, non petit A
ut obtineant quod jam asseruerat illas habere,
ut neque obijciunt Sectarii; sed postulat ut ani-
mæ fidelium defunctorum, quæ jam quandam
pacem & quietem habent, utpote à bello tenta-
tionum immunes, & de præmio æternæ felicitatis
securæ, locum perfectæ pacis & beatitudinis
obtineant, & quietem habeant à tormentis, &
à desiderio visionis divinæ, quo præcipue an-
guntur & cruciantur. Illud verò quod ait Ec-
clesia in Offertorio Missæ pro defunctis: Ne ab-
sorbeat eas Tartarus, ne cadant in obscurā, &
de animabus illis consideratis quatenus mox B
corpore egressuris, & coram tremendo Dei ju-
dicio sistendis: simili que propopocia, quæ et-
iam nunc Ecclesia Christum interdum conside-
rat, ut ante adventum, quando has voces Pro-
phetarum usurpat: *Veni Domine, & noli tardare,*
relaxa facinorā plebis tuæ Israel. Rorate celi de super,
& nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet
salvatorem. Usurpatur autem ab Ecclesia illa
propopocia, ut inagis exciter fideles ad com-
miserationem huiusmodi animarum, & ad ap-
prehensionem divini iudicii.

Peractā defunctorum commemoratione, Sa-
cerdos ad communionem se disponit, & alios
communicantes, tum per orationem Domini-
cam, cuius una petitio est de pane quotidiano &
super substantia: tum etiam per osculum pacis
quod datur pauld post, ut significetur Eucharis-
tiam esse sacramentum unitatis & pacis. Quam
ceremoniam antiquam esse liquet ex Dionysio
lib. de Eccles. hierarchia cap. 3. Clemente lib. 8.
Constit. cap. 5. Tertulliano lib. de Oratione cap.
14. & Chrysostomo lib. 1. de compunctione cor-
dis cap. 3. cuius verba sunt: *Osculum pacis porri-
gere, tempore quo sacramenta celebrantur, in usu Ec-
clesiæ est.* E homil. 51. ad populum Antiochenum:
Propterea in mysteriis alter alterum amplectitur, ut
unum multi fiamus. Olim autem in primitiva
Ecclesia, ut refert Clemens citatus, secerneban-
tur viri à feminis, quoad osculum pacis, imò &
quoad locum in templo; & viri viros, feminæ
feminæ osculabantur, modestiæ causâ, & ad
vitandam omniem impudicitiam. Nunc verò,
crescente malitiâ, & refrigescente charitate, non
datur osculum immediate, sed tantum mediante
patenâ, vel imagine, aut aliâ re sacrâ. In Missa
vero defunctorum, in quibus sacrificium offer-
tur non pro pace præfenti, sed pro requie mor-
tuum, pax intermittitur.

Ante communionem Sacerdos hostiam in
tres partes dividit, & unam in calicem immittit,
& sanguini immergit. Cujus ceremoniæ mentio
fit in Canone *Cum frangitur*, sumpto ex libro sen-
tentiarum Prosperi, de consecrat. dist. 2. ubi sic

dicatur: *Cum frangitur hostia, quid aliud quam ve-
minici corporis in cruce immolatio designatur?* Eius-
dem fractionis meminit Patchadius libro de cor-
pore & sanguine Christi cap. 18. ubi sic ait: *Ita-
que in tres partes hostia dividitur, eaque divisio su-
per calicem fieri consuevit.* Et Stephanus Eduensis
libro de Sacramento altaris capite 8. *Frangitur*
*(inquit) hostia, & in tres partes dividitur sancta Tri-
nitati dedicata. Quarum una in calicem demissa, san-
guini immergitur, pro illa parte Ecclesiæ, quæ naufragio*
*hujus sæculi agitata, multis perturbacionibus passio-
num concutitur, aliæ duæ extra calicem, sunt pro illis,*
*quarum una igne examinatur, quæ est fidelium; alte-
ra est sanctorum, quæ cum Christo regnat in æternum.*
Similia docet D. Thomas hic art. 5. ad 7. & 8.

Deinde sequitur perceptio sacramenti, pri-
mò percipiente Sacerdote, & postmodum aliis
dante, juxta illud Dionysii in libro de Ecclesiasti-
ca hierarchia versùs finem: *ipsa mysteriorum per-
ceptio, mysticam eorundem distributionem antecedit;*
*hic enim rerum divinarum ordo ac distinctio genera-
lis est, ut prius ipse sacer Antistes communicet, ac iis*
donis quæ per ipsum ceteris divinitus distribuenda sunt,
satietur, ac deinde aliis ea tradat. Unde meritò
plures viri docti improbant præposterum quo-
rundam usum, qui sibi sacram exhiberi commu-
nionem ab initio Missæ petunt, & nimiam faci-
litatem & indulgentiam aliquorum Sacerdo-
tum, qui eorum importunæ petitioni, citra ne-
cessitatem acquiescunt.

Peractā communionem tota Missæ celebratio
in gratiarum actione terminatur, populo exul-
tante præsumptione mysterii (quod significat
cantus post communionem) & Sacerdote per
orationem gratias offerente, sicut & Christus
celebratâ cœnâ cum Discipulis, hymnum dixit,
Matth. 26. Tandem Diaconus populum dimittit,
per hæc verba, *Ite Missa est*, cui à ministro, no-
mine populi, respondetur, *Deo gratias*, & sic gra-
tiarum actione cuncta concluduntur, & sacram
perficitur Eucharistiæ sacrificium; quod dum
peragimus (inquit Gregorius) necesse est, nosmet-
ipsos Deo in cordis contritione mactemus: quia qui
passionis Dominicæ mysteria celebramus, debemus imi-
tari quod agimus. Tunc ergo verè pro nobis hostia erit
Deo, cum nosmetipsos hostiam secerimus (quod per
contritionem & penitentiam peccatorum præ-
stamus) carnem pro carne reponentes, pro sancta
sanctificatam, pro casta castigatam; pro effuso san-
guine in arca crucis, effusum sanguinem in rubore con-
fessionis, ut bellè Petrus Cellensis ait. Sed de hoc
fusè Tractatu sequenti, in quo de sacra-
mento Penitentia differemus.

(* *)

LAUDETUR VENERABILE SACRAMENTVM.

Tom. V.

Tt

TRAC.